Indian Botanic Garden Library
BOTANICAL SURVEY OF INDIA

CLASS NO.......................................

BOOK No BRE-b.........................

ACC. NO. B-8701.....................




יהוה
IACOBI BREYNII
GEDANENSIS
PLANTARUM
EXOTICARUM
CENTURIA
PRIMA
ANNO MDCLXXV
GEDANI,
AUTORIS TYPIS ET SUMPTIBUS.

V.74.

17
12.7

# JACOBI BREYNII
GEDANENSIS

# EXOTICARUM
aliarumque
MINUS COGNITARUM
# PLANTARUM
# CENTURIA
PRIMA.

cum
FIGURIS ÆNEIS SUMMO
*ſtudio elaboratis.*




GEDANI.

Typis, ſumptibus & in ædibus AUTORIS,
Imprimebat
DAVID-FRIDERICUS RHETIUS.
Anno CIϽ. IϽC. LXXIIX.

INDIAN BOTANIC GARDEN
B. 8701
* CALCUTTA *

**ILLUSTRISSIMO**

**atque**

**jEXCELLENTISSIMO DOMINO,**

**DOMINO**

# HIERONYMO

## ' vanBEVERNINGK,

**TEILINGÆ TOPARCH/E* IN-CLYTA C1VITATIS GOUDA EX-CONSULIJ ACADEMIC LEIDEN-SIS CURATORIJ TOTIUS BELGII FOEDERATI QVONDAM GAZA-RUM PRAFECTO FIDELISSIMOj NUNC IN CONSESSU D. D. OR-DINUM GENERALIUM ASSESSO-RI DIGNISSIMO, SEPTEM LEGA-TIONIBUS, NON MINUS AR-tDUIS, QVAM AUSPICAtlS, CON-SPICUO; NUNC DENUO IN ONVENTU, QVI NOVIOMAGI tPACIS LEGIBUS CUM TOTIUS FERE ORBIS EUROP^I PRINCI-^IBUS FACIENDIS INSTITUTUS ST, OCTAVAM SEDULO OB-UNTI.**

**M iE C E N A T I S U O**

**LONGE GRATIOSISSIMO.**

## ILLUSTRISSIME DOMINE,

### GRATIOSISSIME MACENAS.

S[Apientiffimus Me totius Uni-
Sverfitatis Conditor, ficuti in
Jrebus omnibus à ſe creatis,
jnonfecùs acbeiugniifimum
& munificentisfimum Paren-
tem generi humano multifariàm fe exhi-
buit, ita cùmprimisetiam incomprehen-
fibilem inefEibilisfSuse Bonitatis copiam,
in Operibus die creationis tertio produ-
6tis, fatis abundeque demonftravit. Quse
Majeftati Ejus Divine, infinito numero,
pradenter adeò & concinnè procreare
placuitjUteorummultitudinem, diverfa
genera, diftindtas fpecies & proprieta-
tes, multiplices item virtutes & utilities,
non absque admijratione ingenti, expen-
dentibus,fummo cum ftupore animixinà
cum Rege & Prophetâ Davide excla-
marelicefatrQVAM AMPLA SUN^ o-

P2RA

**PER A TUA, 6 JEHOVA! QVAM EA OMNIA SAMENTER FECISTI! QVAM PLENA EST TERRA POSSESSIONE** TUA! Atque hoc ed magis, quòd in horum infinito numero,gramen etiam vilisfimum, pedibusnoftaisobviumaSapientiam aeterni Creatoris imperfcrutabilem manifeftè oftendit, & luculentum fcrt teftimonium, reverà &fe Deum, qui illud tàrn mirabiliter creaverit 9 tàrn eleganter ornaverit, tàmque fapienter confervet,& florere. languefcere, emori, ac rursùs progerminare faciat. Quiii immò quselibetherbct&flofculusnosquafi acclamat, digitumque intendit, ut fepofitâ anxiâ&importuriâ folicitudine, fiduciā noftraminDeum, omnibus profpicientem, devolvamus. Quemadmodùm etiam ipfaveritas, SALVATOR nofter,ad Lilia agri, quae: neque fatigantur, neque nent, nee Salomon, Regum licet Opulentiffimus, cultûs fui fplendofe ilia square potuit, nos manu ferè ducit, ut difcamus ex iis, quantò majorem Supremum Numen curam habeat noftri, qui

Lilia hodiè quidem virentia, fed poftero die in clibanum conjicienda, longè fuperamus. Praeterea quoque multa Plantaram ac Florum genera, fubitaneo fuo interim, vitadabentis noftrse fugacitatem, mortis^; certitudinem; fuâ per hiemem abfentiâ,noftrā vitâ fiindtorum quietem; & fvavi fuâ, redeimte vere, propullulatione, certam à mbrtuis refurre&ionem, iiobis ob oculos ponunt; generatimverò pergratâ & amoenâ pulchritudine, ad fui Creatoris, utpotè, qui ea tàrn mirabiliter huncinfinem concfiderit, utper illahonoretur,laudes & gratias fundendas, nos invitant atque alliciunt. Quod fanè fateri mecum coguntur omnes omninò homines, inprimis verò, qui cortice faltem Studii Botanici minùs contenti, .medullam illius fummâ cum oble&atione accuratè rimantur- E cujus certè exercitio, proximè recenfifcE & Divinse plures alise MEDITAtlONES, nee contemnendae in vitâ humanâ confervandâ UTILIT A-TES, fummaque animi DELECTATIO & prQlubium,petenda & haurienda funt.

UTI-

# DEDICATIO.

UTILITATES, quas in vit& human& confervandâ preftat, quod concernit, cùm eae à SapientiHimoRegum Salomone (qui tefte Sacro Codice, locutus eft deCedro montis Libani adHysfopum, quae egreditur è pariete,& cujusLibri de Naturâ & Facultate Herbarum magno cum dolore ac detrimento pofterorum interière) à Theophrafto, Diofcoride, Plinio > aliiśq; quàm plurimis profundse Eruditionis Viris Plantarum naturam &: virtutem explanantibus, non leviter &: perfundoriè, fed folidè & copiofè didu- (Stae fint atque explicate, non eft quod addam. Neque etiam de fummis utilitatibus, quas aut ligna in exftraendisNavibusvaftoactumultuofo mari fulcantibus, & Palatiis, Urbibus, Pagis ac tuguriis, inhabitationi commodis erigendis; aut Panis è frumento pinfitus & menfe quotidièobvius largiuntur,quidquamdicam, quoniam hsec omnia cuivis affatim funt cognita. Certè, Flores amoeniflimi, animum mirum in modum permulcentes, Gramina pergratâ viriditate fuâ ocu-

oculos jucundiflimè pafcentia, Herbal non foliun jumentis pahula praebfentes,& quicquid vafto hoc in Orbe vivit alentes ac fospitantes, fed etianx, ceu fulgida & venufta cum hilaritate micanria iidera, coelum, veluti currum penfilem argento obdudti clavi,fummâ cum magnificentiâ & majeftate fplendidè ac incomparabiliter ornant; ita tellurem tàrn ineffabili pulchritudine, gratâque amoenitate veftientes& conclecorantes; idmerentur, ut unicus terras decor & toga qusedam talaris jure did debeant. Quod à veritate minùs v>abesfe exinde fiet manifeftum, II confideretur, quàm informe, quàm trifte, quàm rude ac vaftumChaos hie terraram Orbis esfet, fi pulcherrimâ fuâ, omnivariis floribus longè artificiofiùs (quàm quod Apellis & omnium qui un* quam fuerunt, pidoram penicilla imitari valuerunt) interftinda & decorâ vefte ac tapete privaretur nudusc^; appareret; quâ tamen à Creatore fuo munificentisfimo & liberaliflimo, tàrn ornatè tedtus, tàrn variè pi&us, tamq; kute, veluti opere

re Phrygio baccatus, & tàrn fvavi odore uberrimè imbutus eft, ut omnium omninò hominum vires & facilitates ad exprimendas venuftates iftas planè incomparabileslongè multo^; imbecilliores fint. O quàm amentes igitur omnes illi! qui pulcherrima haec Dei dona & bona, planè inutilia & vana esfe in animum inducunt, fannisque excipiunt, fi quis eomm exercitio deledetur, aut de iisdem aliquid in publicam lucem producat: quail verò Sapientiflimus rerum Opifex eadem fruilfa creâffet; qui tamen, cunda ilia bona, immò optima effe pronuncians,hominemadeacognofcenda Sapientiâ inftrudum, omnium Dominum conftituit,ut eorum ufurâ in S. S. Nominis Sui gloriam gauderet & deledaretur. Qusedona eximia proh dolor Ifoediflimo Protoplaftorum lapfu ita perdita & amisfa, ut quidquid fcimus & cOgnofcimus, ex parte faltem & alterum alteri quafi confarcinando fciamus& cognofcamus.

DELECT ATIONEM verò & gratam fatietatem in Exercitatione Botanicâ

ejusqueculturâexiflentem, multis ver-
borum ambagibus explicare, planè fu-
pervacaneum duco. Nam qualis &
quanta fit, inter alios Diocletianus Im-
perator,qui cum eâ Fafces commutavit
& Diadema depofuit: Cyras item Ly-
dorum, & Evax Arabum, Reges; quo-
rum Hie fuâ manu Plantas in libro pecu-
liari delineatas, Thefauri inftar eximii,
Neroni Romanorum Imperatori offer-
re non dubitavit; Ille autem,cui obleda-
mentum in Hortorum culture adeò in-
gctnsfuerat,ut etiam in votis'unicè ha-
t>uerit, quò iibi vitâ fundo in Hortis, ar-
boribus confitis fertilibus, juftafierent,
abundè & clarè demonftrârant. Ex
Principum Chriftianorum numero idem
egregiè comprobant Fridericus III.Glo-
riofiflimus Imperator, qui in cognitione
Stirpium adeò exercitatus fuit, ut Medi-
coram iftis temporibus, in hâc arte pauci
cum ipfo comparari potuerint; & Maxi-
milianus II. Imperator laudatisfimus, qui
non finè fummo ftudio & magnis impen-
fis,variafanèPlantaram Exoticarum ge-

nera,

nera,Hortis fuis intulit & coluit,atq;hanc infirmitatis fuse recreationem aliis longè antepofuit: nee non haud ita pridem, Se-reniffimus Dux Aurelianenfis,qui Studio Botanico adeò imbutus, atque expertus fuisfe certò asferitur,ut Principem, poft Salomonem, in h&c arte oculatiorem, Orbis terrarum nullum tulerit. Taceo, quòd adhuc hodie plurimi Magnates & HeroesInclyti,Hortorum fuorum multis Plantarum, Florum, Fraticum & Arbo-rum generibns confitomm ornatu, tan-quam per fpeculum pr^enitens obledta-menta, ex hoc tarn laudabili & Divino exercitio haufta,dilucidè exprimant atc!j; fignificent.^ IpfamlLLUSTRISSIMAM **VESTRAM EXCELLENTIAM vivum** exemplum fifto,utpotè,quae & tùm,ciim falutariSuoRegimine,ConfoederatisBel-gii Provinciis annos perquàm plnrimos rion finè fingulari laude Confiliis pariter ac Fadis laudabili femper effeduOfficia Sua prseftitit,Pacem(5[;almam,Divinâ fa-vente Gratiâ, cum omnium piorum ac pacisamantium gaudio & oble&atione

fepisilmè procuravit; (quemadmodum
idinprimis ex confpicuisatq;arduisLe-
gationibus, Londinenfi,Bred'anà, Aquis-
granenfi, Clivicâ, Colonieiifi, &c. quas
ILLUSTRISSIMAEXCELLENTIA VE-
STRA cum inadtimabili Patrice emolu-
mento ac famâ immortali Nominis, fide-
Mimè peregit, luculenter patet) & jam
quoque refumendo Neomagi Univer-
fale illud, quod nuper Colonise Agrippi-
nse non fucceffit, Paris Negotium, non
finè proprio virium facultatumque dis-
pendio, totius Europe falutem ac quie-
tern unicè intendit: in laudabili tamen
Divinorum Operam Meditatione &
exercitatione gratam animi Sui Publicis
negotiis delaffati obledationem5fuavisfi-
mam quietem ac refocilkitionem qusefi-
vit, atque adhuc quaerit. Et fanè quan-
tum fibi ILLUSTRISS. EXCELL. VE-
STRA in Divinâ hâc Scientiâ experien-
tiam acquifiverit,vel folus ILLUSTRISS.
EXCELL. VESTR.Hortusabundèteſta-
fur 5 quippe qui mirabilium ex omnibus
Orbis terrarum partibus congeftarum

Plan-

Plantamm abundantiâ ita excellit, ut omnium fpe&antium oculis non nifi ingenti cum ftupore fefe luftrandum exliibeat.

Recenfitse fupra tresUTILITATES ilbe,Divina nempe & Sacra adDElTER OPT. MAX.gloriam animique falutem fpedtansMEDIT ATIO/anitati & fustentationi hominis ferviens UT1LITAS; ac fvaviflima mentis fummo cum prolubio DELECT ATIO, eBotanicâ exercitatione &Plantarum culturâemergentes,animi quoque mei inclinationem^ quse mihi velut ingenita à teneris ad rem Plantariam foit, in dies foverunt, immò auxerunt- Fadtum eft inde5ut prater Pietatis exercitium nullibi pleniorem recreationem, quàm in meditatione reram ad RegnumVegetabilium pertinentium,reperire potuerim. Ex quâ seterni Numinis Omnipotentiam, Sapientiam, Providentiam, Mifericordiam, Amorem & Munificentiam tàrn luculenter mihi , poftpofitâ omniterreftrium reram curâ, ob oculos pofui, ac fi cogitationes meas

profundiflimâ devotione inSacrisElogiis mirâ cum jucunditatepaviffem. Etec omiiia mihi quoque anfam dederunt, ut nulli fudori,operaeacfumptui parcerem, quin t&m Indigenas, qùam Exoticas fldr-pes inquirerem atq; colligerem. Hie ve-ròfingularēlLLUSTRISS. EXCELL.VE-STRA affedum in me finèmerito meo per tot annos uberrimè collatum, retice-re non poffum. Non modò enim gra-tiofiflimis me literis benigniflimè recrea-re; fed meam quoque,quâStirpes5potis-fimùm Exoticas, notitiam (multa fcilicet Semina, Bulbos,Plantas, tarn vivas qùam reficcatas, immò & ipfiffimis coloribus ad vivum artificiofiflimè depiftas, atque ab extremis etiam novi aliquid femper parturientis Africa oris obtentas, libera-lisfimè mihi communicando ) adaugere Summâ animi Benevolenti^ dignata eft* Quocircà, cùm magno earum numero prima hsec mea fuperbiat Centuria, pla-cuit eas vel in figurarū apice vel fub ipfo nomine afterifco notare, ut & ferse innotefcat Pofteritati, quàm laudabili

ftu-

ftudio manuque munificâ ILLUSTRISS. ExcELL. VESTR. Divinorum Operum, hucusque aut pariim aut nihil cognitorum, notitiam, reique Literariae apud Europoeos incrementum promovere intenderit.

Quemadmodum autem omnia in Oceanum, unde Originem traxerant, flumina relabuntur: fimiliter ego jure meritoq; hancce Centuriam Exoticaram Plantarii cum ejusdem Iconibus, in debits fignum reverentise & animi grati teftimonium erga ILLUSTRISS. EXCELL. VESTRAM, àquâ nempe corufcum fuum fplendorem accepit, fummâ cum humilitate depofiturus venio. Suscipe igitur, **ILLUSTRISSIME at^; EXCELLENTISSIME** DOMltfE^DOMINE Gratiofiffime, lucubrationes hafce meas Botanicas, quas fubmifsâ cum obfervantiâ in devoti animi tefferam, gratsec^; mentis Symbolum INCLYTO TUO NOMINI infcribo, mihique porrò benigniflimo gratia* Tuae Favonio adfpira, ut & in pofterum de ulteriori Plantarum notitiâ Te prorAoven-

te

teacquifita, gramlarimihipoflim< Vale
**ILLUSTRISSIMEMACENAS &adfe-**
ram us<^; fene&am vige fospes, vire fal-
vus, flore incolumis, ſvayique Botanices
Studio TE eousc^; recrea, donee tandem
annorum vitaeque fatur, immarcefcibi-
**lis ILLE ILLUSTRISS. TUA ANIMA**
FLOS in coeleftes transferatur Hortos.
Dabam ex Mufeo meo Gedani, Anno
M. DC. LXXVIL die XV. Menfis April.

ILLUSTRISS. EXCELL
*TUJE*

**devin£tisfimus atq́j humillimus cliens**

**JACOBUS BREYNIUS.**

# PRIVILEGI

€ Staten t>an ftoHanto cube Weftvrieslandt doente t iwfm. aifo£>ns fcewoottfuJ&oJacobBrayne. Jf)oe bat |>i)Supplic. tot fpn groott Poffrn hrtbbclatcn brucfen feePe* QSocce gef itttttulcm CENTURIA P L A NT A, R U M C 3 |B t f EXOTI ARUM, ^ g nweyelpcf &cbcn / a « (fientvaren aangewenbf/ foo fnt fd&c fe brucFeit /l anh<t fnflben ber flatten/ en aljbbtctmal* np&i^c SOienfdjcn/ac&onben wierben/frfe tipt &up# ft feme luff/ f fclffi>c fou&ctt tno^ett fomen « fc^nplieti ofK&mdEfm/cttalfbo{>ai£D?o<rf bfticcmcn ban gtftwg&ertert u tuercifm,- fbo roag §p SuppI far oobtmo^^^ fecrfoccfcn&c *tat* ftdje m o^t trfcrf nicr&cn/cnbc· fiem SuppI. mocftc toe^c^am *\v<rtm/bM ba* f^ £a^< in 6m £pfcf f>art fcpfffìcn ^aaren nu «rfl comenbe met en mogge flfDrucfeofte be pactm natr ^cfnrbm *wttxn* nod? fenfiede noc^ !c of(c dCcr^ nacrcicbritcft off re oe S^urcn ttaargcfWcbcn *fy<t u Zanbe* / enbe^cne^en rocfcn&c fcrbc&ffam bm SuppI, upc ^Souvfcraineffl?<tc^f < n Authoritcyt,bcnf<l6mSuppI. ^confentcerdt / gcaccordccrt enbe ^(octroyeerdc ^ctbtn/ confencercn/ accordcrm cube oftroyerm mfflbcfen / bat (19 gebupircnbe ben *Ztytot* 6art f>pfft(en eerfi fomenbe acferer cen tool^cnbc ^arcn f>ct fcoorg. *SQotdi Qtnaamt* CENTURIA PL ANT ARUM EXOTlCARUM>(tilftnbcn6ooy0. ©nfw g^nben allcen fall mogen brucfen boen brucfen upfgcbm en bcrtoopen/ i>er- (febenbe 5arom <t!«n *(nbc* anen ^clpcf en fict fclbc Qioerf <n^(§ed ofce bed naar te brucf en ofte dperi naargebrucft t>innen ben fclben jOnfen ganftc t( Sren^en/ u^t te gc&en *oft'ttt* bercoopen/op be &erbeu«e frmallc bf(nAdr^e# brucffe in^e^racfefe ofte eerfodjte Exeniplaren, en een ^oete tan trie §onbctt ©ulbe^ baar en (o&ente *UvMUm tt* applicceren cen berbe ^a«t>oorbcn Officfcr bfe be Calange boen *fall/* cen bctrbc ^drt feoor ben 2(rmen;ber *fplaat** fe baor ^et cafus *boorMUn fall/ (nt>t b(t rc(icrcnUi>trt)t tyait boot t><tt* SuppI. 3(Ue0(nbUn 93erflanbe/b<if 0332? ben SuppI.met befen£)nfenOAroyc *wilUnix* gratificcren tot fcer&ocbtnge 6an f^ne ©c^aabe boor hef ^obvuefen fcrttif bootg. CBoecf / bactr boor m cen^en &ee(c *Kvfiaan tori* ^n^ouben dan bten fe authorifcrcn offte fe advovtren; enbe teelminn f>et felf>e ottbetriOnf( protedic tnbt QSefc^ermfn^e/ *<mi$h* meerber Credit aanfun offte Reputa- tie re pfijen.. t^emaar ben Suppl. m cas baar (n pcfg *onbthoorfydtfoutomo'* qen influeren,aUe *h<t* fdbe rot fpnen SaftefaK^oubennwfen f( fxramtvoo^ ben; Sot bfen cpnbe wel expreflelpcf ^acrenbe/ bat *ty* albicn ^9 befeniOnfen OAroye/ *boothtt* (elbe Q3oec£ fall wfflen flellen / baar tan geene gcabbre- feferrbe offfc ^ccontraheerde mcnricfaIImo3«H maefen/ tRemaair gt^oubm

{all

faltttfcn/gefftfocoaroy ta'tgcgttlm fottbcr *ttnfyt* omisfie fetor &oor re ftucftn offtc fc bocn tyrttcfcn/ op pcene 9<m &et effeft ban Men *tt* ferlfc# fen* @n^e fen epnbe &cit Suppl. t>cfen Onfen Confenteente O^royc moge genfeteh al^nact lefomt/ Sdficn 1DS> «H< en eenen *%t\r)&* fcunt an# gaen macVfctf f9 ^» Suppl. dan ben^nmjjoube tan befen tocn laten enbe gebo^en rufldpcf/ fercdclvcC/ cn^c tollcomcnflpcf genicten en geferupefen ces-ferenfc ode *UUtt* en^e ^Beberfe^en cer contrarie, @ebacn in den £a» ge ont>cr ^Dnfcn ^roeen ^egele *fytt* antocn ^dtt^en/denxn. Januarii me ^acv © $a ^) eeren en g l jmh f ^ ^ Dyf:a ftfj;fo ert at^ t e n't ;f cht ^.

**A. WASSENAER**

Ter Ordonnantie van de STATEN

**HERB, van BEAUMONT.**

# PRIVILEGIUM SACR^; *CJESA*-
# REl MAJESTATIS.

L*iEOTOLDVS T>ivina favente clemen-*
*\tiâ ele3us %<mianorum Imperator femper*
*erfgufius, ac (jermania, Hungarite, [l]Bo-*
*j hernia > [c]Dalmatia; Croatia,Sclavonia&-c.*
*Rex, Archidux zAuflrU, Dux [c]Burgun-*
*diæ, Styria, Carinthia, Carniola&- JVir-*
*temberga, Comes Tyrolis. &-c. Agnofcimm &• notumfaci-*
*mmtenore prafentium univerjis^ quòd\ cùm nobis* Jacobus
Brcynius *(fedanenfo, Botanicus, humillimèexpofuerit^fe*
Opus Plantar: Exoticar: *iconiceexpresfarum in* certas
Centurias *magno labore &-fumptu congerjijfe, idpprali*
*beneficiojuris ^Publici propriis/uis expefis facere decrevijfe>*
*vereri autem debere, ne quodfape fieri foleat, alii quoquucri*
*alieni captandi causa eandem editionem fuam fubdole imi-*
*tentur^ feq; italaborejuxta ac fumptu fruflrentun demifsè*
*proindefitpplicando, utfe adverfùs ejmmodi molitionesTri-*
*vilegionoflroCafareo munire clementer dignaremur:3\Qos*
*iisce ptWtbus uti aquitate nitentibus benignum noflrum*
*prabuerimm asfenfum, ac idcircih omnibus &-ffngulis* 2?/'-
*bliopolis, Typographis &-[c]Bibliopegis caterisq; quibtucwij--,*
*remfeutiegotiationem librarian* exercentibm ferio atj; di-*
*JlriBè inbibuerimui &• vetuerimus,prout perprafentesfub*
*pwnâ decem marc arum auri inhibemm &• vetamus, ne eorum*
*quisquã,praterpradittum* JacobumBrevnium, *am eum* .
*çuiis, infcriptis dederit licentiam, ante fatum Opus intra*
*quindecim annos ab editionis prima die cpmputandwn, in-*
*tra Sac. Itym. Imperil %egnorump ac Dominiorum no-*
*fir orum hareditariorum fines, in Jimili vel alio typo vel*
*forma; fiveintoto.fiveinparte, recuderevel alii recuden-*
*dum iare> aut alibi impresfum invehere, venundare &•*
*clàm Jeu pal am distrahere prafumat, Ji quis autem fecus*
*faciendo ^rivilegiumfeu interdiBum hoc nofirum3 quovis*

X** ***modo***

*modo tranſgredi ſeu vitiare conatus fuerit, non ſolum omnibus exemplaribus ſic per eum ſive per alium impreſſis, ſive rectius ſic ſupportatis (quæ quidem dictus Impetrans ejusve Hæredes ſive propria authoritate ſive Magiſtratus ejus loci auxilio, ſibi vendicare poterunt) privandum, ſed & ſupra dictæ decem marcarum auri puri mulctæ Fiſco noſtro Imperiali, & parti læſæ ex æquo pendendæ, omni ſpe veniæ præciſa, mulctandum decernimus. Dummodo tamen prædictum Opus tenorem hujus noſtri Privilegii ad cujusq; notitiam in fronte præimpreſſum contineat, & quinque ejusdem exemplaria ad Cancellariam noſtram Imperialem Aulicam ſumptibus ſuis tranſmittantur. Mandamus porro univerſis noſtris & Sacri Imperii Regnorumq; & Dominiorum noſtrorum Hæreditariorum Subditis, Eccleſiaſticis & Secularibus, cujuscunq; Ordinis, Conditionis & Status fuerint, ne quenquam huic noſtro Cæſ. Privilegio ullatenus impune contravenire patiantur, ſed in tranſgreſſores [illegible] exerceri curent, [illegible] & [illegible] eandem mulctam evitare voluerint. Harum teſtimonio Literarum manu noſtra ſubſcriptarum & Sigilli noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur in Civitate noſtra Viennæ die decima nona menſis Maji, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Septuageſimo Septimo, Regnorum noſtrorum Romani decimo nono, Hungariæ vigeſimo ſecundo, Bohemiæ vero vigeſimo primo.*

LEOPOLDUS.

(L. S.)

V. Leopoldus Guillielmus, Comes in Königseggs.

*Ad Mandatum S. Cæſ. Maj. proprium*

Chriſtoph Beiier.

---

*NB. Autor, nullum exemplar hujus Centuriæ pro ſuo agnoſcit, quod propriâ ſuâ (vel ſuorum Hæredum) manu, in impreſſo Tituli folio infra in margine iconis ſubſcriptum non eſt.*

AT>

# LECTOREM BOTANICUM

# PRiEFATIO-

QUanquam ab ipsà adolefcentià , nonfolùm in notitiam Indigenarum; fed Exoticarum etiam Plantarum fingulàri ardore raperer & cupiditate: tamen praeter eas, quas dulcisfimaPatria, è gremio communis omnium Matris producit, nullas*defcribere mens ferebat. Poftquam verb afpirante fortunâ, magnaExoticarum copia, Summi inprimis ac faventisfimiMaecenatis noftri,ILLUSTRISSIMI atque EXCELLENTISSIMI DOMINI, DN. HIERONYMI à BEVERNINGK adjumento admedeveniret: inexcufàbile negligentise in Pofteritatem &c ingens erga illos animi ingrati, à quibus acceperam, indicium futurum arpitrabar, fi eas tinearum St blattarum fcntire injuriam, nee ufum aliquem mortalibus adferre paterer. Virorum itaque CeleberrimorumDocTiisfimorumq; fuafu, quasdamde Exoticis etiam nondum defcriptis & minimè cognitis,cum intermixtione rariorum quarundam noftro coelo orientium, in lucem emittere, 6c Germanicâ quidem lingua, deftinavi. Verum enim verb, cùm ftudiorum apud Exteros,Botanicorum maximè, multb majorem quàm apud Noftrates, Dignitatem confiderarem 5 ad Cartefii exemplum , Ipfis eundem laborem meum, in linguam Latinam per alium translatum, pariter offerre,tandefn mihi placitum fuit. Quem'etiam in finem, Virum literis &do<5trinà praeftantem, exoravе-

ram. Sed quoniam ille Medicinse 8c Botanices penitùs ignarus erat, atqueego varias ob rationes Medici vel Botanici ad hoc uti operâ in dubium omninbvocabamjlaborem hunc ipſe ſuſ* cipere, licet tempus aegrè ferebat,ſumcoa£tus. In quo, Botanicorum ut more ac ſtilo, 8c quidem jam hujus, jam illius loquerpr, operamnavavi. Hinc quandoqj'brevem absque omni verborum lenocinio, nonnunquam prolixiorem, ſubinde *netaphoricam ſcribendi rationem, ad evitandum ex crambe Taepiùs coctà faſtidium , uſurpavi. Opere autem hoc vix ſuscepto, illicb,pr3eter imminentis diráqjminitantislnvidias tempeſtatem, haud leves ſe ofFerebant difficultates. Namque cùm pererudito noſtro 8c curioſitatis ſtudioſb Orbi ,non ſolùm rarum,ſed exaſtisſimo ſimul etiam ordine digeſtum Opuſculum offerre anniterer j poſterius illud haud perſici posſè animadvertebarh; cumPlantarum quarundam Semine, aliarum Fru&u, nonnullarum Floribus deſtituerer: cogebar igiturſervireoccaſioni, Sc quantùm fieri poterat praeſtare. Tria autem ilia ante commemorata,nobilisſimae ſont partes 8c Symbola genuina ſeu *not« genericas 8c eſſentiales Plantarum, in iis denominandis, legitimoq́j Generi ſiibordinandis, obſervandae, Fru(5tusinprimis 8c Semen. Quodetiamex Divinis Scriptis, *(ſeneſ.c.* i.liquet, ubi dicitur; Et „protulit terra herbam virentem,8cfacientem5e- „raē juxta,genus ſuum,lignumq́; faciensfruclrum, „cVc habens unumquodque ſemen ſecundùm ſpe- „ciem ſuam. Hoc autemàVeteribus nuhquasn^ ſed ſoperiori demum ſeculo à *Conuio Qeſn'ero* primùm

mùm omnium animadverfiim, quemadmodum ex Epiftolâ ipfius ad *Occonem* (cujus *cthmfobannes* *Bauhinus* inHift. Plant.Univerf.Tom.III3lib. 28. c.x 1 i.p.234.mentionē fecit) fatis abundèq; patet. Ejusdēprotinùs veftigiis Nobilisfimus atqj Oculatisfimus BotanicusF^/Wro/«w^,(ut clarè videre licet in ejus minùs cognitarumStirpium *£x<p%ofoet9* Parte inprimis alterâ,c.27,p.62,&63.) inftititj donee hifce tandem temporibus, Excellentisfimus **Domihus^^ ıᵭc iorifoh,gBnicfrumi in ne** Decus, è prxdidarum Celebritate confpicuarum Bigarumtramite, viam apertam & publicam,in florentisfimâ ingenuis artibus Britanniâ, parare, dubio procùl brevi interftitio temporis magis planam effecliurus, occiperet. Quin & ego pro tenuitate meâ,quse praeftare hâc vice nonlicuit,ex fuprà commemoratoFrudruum Seminumq; defe£bu,me in pofterum emendaturum, Deo volente, fpero. Benevolus interim Leclror, Lucubrationes hafce meas, quag tam diu (fiquidem ob chartae penuriam detentus fueram)fub praelolatitarunt, asquo fuscipiet animo, donee accuratibres conièquantur ; cùm non folùm haud exigua Plantarum rariorum nondum defcriptarum copia mihi reftet,fed etiam quàm plurimae, tàm ab ILLUSTRISSIMO NOSTRO MACENATE, **quàm** ***Excellentisfimo Domino Arnoldo Syen 'Profes-Jōre a5Medicin# &• ^otanices Lugduni 'Batavorum longè celeberrimo*; nee non ab** ***Excellentisfimis <s5\le-*** *dicis* variisin Afiae Regionibus degentibus, fiimmo cum defiderio à meexlpecl:entur, Rei Herbaria Amatoribus,fi meas hascePrimitias non ingratas intellexero, ofFerendae. Caeterùm lubens

iterum fatebor, me omninb vereri, ne ex fipiùs jamrepetitoFru&uum &c. defe&u ,plurimos in hocOpufculo admiferim errores: Exempli gratià; ***Chrysanthemum aifyoides ^fricanum\fmdiM* à me** non vifo) quod ante quatuordecim vel quindecim annos, priusquàm femen oculis luftràflem, *Afterem ai%ociiiem(cpo* nomine tempore impresfionis hujus ***Tm&ztùsz'Dn. facoboZanonio* editum)** ob floris formam, vocare decreveram j poftmodum cum femen non pappe(cens$_3$fed folidum obfervaverim^^x^^wwinferere placuit. Fieri autern posfe rion nego, qubd Planta hsec *Opuntia* aut *Tortulaca* magis affnnes, vel planè a nobis cognitis Stirpibus, discrepantes feratfru&ùs ,eamque ob caufam cum *Fico* meliùs *Indica*, ficuti in *Mis* ***a^Aiedicts frThilofophicis Hafnienfibus* fa&um, vel** cum *Tortulaca*, ut Excellentisfimo Dn. *a^fhrahamo ^Muntingfhcait*$_9$ comparandaveniat; vel qubd heteroclitam, noftro Orbinotis feparandamconftituat Plantam, adebque malè à me Chrysanthemo annumeretur. Ob quam atqj fimiles caufas, non tantùm à DoAore experientisfimo, fed ab imperito etiam hortulano reprehendiposfem.Fa<5tum tamen à me fcias. Lector curiofe, quantùm exiis^uaein promptu erant,conjecl:uraconfequi licuit: ingenuè profitens, nihil mihi quidquam cariùs ci vili & experto futurum Caftigatore, cum nihil propiùs verae felicitati esfe exiftime, quàm difcere. Itaqj non foliim difcendi, fed etiam cognofcendi&corrigedi errores meos,dum tantùm modeftè,fine animi impetu( Zoilumatq;- Altcrcatorem non euro) exhibeantur, me avidisfimum fore promitto.Hsec mihi tantifper fufficient,dum

Do-

Dodtiores ad ulteriorem inveftigationemearum Plantarum „quas comple&itur hasc Centuria incitavero 5 quod etiam ex animo opto. Hifce vale amicisfime ac benevole reique Herbariae ftudiofè Lector, & contenta in hoc Tradlratu mirabilia longè pulcherrimajmeditandopariter incomprehenfibilem SUMMIearundem OPIFICIS Sapientiam bonitatemque imperfcrutabilem perpended.

NO-

# N O M I N A
## ILLUSTRISSIMORUM
# H E R O U M,
& cseteromm
*EXCELLENTISSIMORUM*
atque
*CELEBERRIMORUM*
# V I R O R U M>
qui
# CENTURIAM HANG
## EXOTICARUM PLAN-
## TARUM,

VeiPlantis, vel Scminibus, velrclationibus gratiofisfimè communicatis, coiidcco-rare dignati Hint.

*

**MICHAEL CASIMIRUS RADZIWI-LIUS, S.%** *J . Prin j Ma ni Ducatûs Lithvaniæ Fice-CancelUrius &• Exercituum Thix Campe-Jlris &c.nuncveriS. <R<$5M.<Polon.<T$mnarriLegatus.*

HIERONYMUS van BEYERNINGK, *TeilingaToparcha; Inclyta CivitatisCfOud* Exconful; QjfcademiaLeidenJis Curator; Totius 'Belgii Fcederatl quondam Qa^arum Trafettns; nunc in confefu* 2). ©.

*Qrdt-*

*OrdinumCſeneralium Asſesfor, '&• adTra&ďtusTaas, qui jam J^oviomagi inflitwntur Legatus T?tenipoten-tiariusFcederatarum 'Belgii 'Provinciarum. <&c.*

Prater EOS Ordine Alphabetico rccenfentur,

ADOLPHUS VORSTIUS *DoZt.p.m.Lugd. Batavomrn zSMedichue &- 'Bounices Trofesfor.*

ANDREAS CLEYERcL^f^.L/V^. *& Chitatis TSatyvia $£wa in favalnfula^fedicus.*

ANTONIUS CHASTELEYft,/>..». *Jmfidodami, Societatis Indie a Orientdis, (fuyana &-J\ovi *Betgii Curator.*

ARNOLDUS HUYBERTUSD^r^^f^c. *Vkrajeftenfes.*

ARNOLDUS *SYEN <£Wedic.T>o&or&> ejusdem Facultatis atque ISotanicts Lugduni <Batavomm Proftsjbr.*

BENJAMIN ENGELKEN *Chit. Trim. Qedan. Conful, Adminijlrator Tortorii Senior3 Scholarcha> atq; T$ibliotbeca(Jymnafii Curator, &-c.*

CAROLUS **CHIVRY**, *p. m. Pharmacopæus Amftelodamenfis.*

CAROLUS SWEIKERUS, *ScaUnus (?edanenjis.*

FRANCISCUS SEVENHUYSEN,5PAmiM. *copi Haga-Comitis.,*

**JACOBUS GOLIUSf** *m. Lugd.<Bat$u.£\Luthefeos&-Lmgv. Oriental. Trofesfor.*

**JOHANNES BRAYNE** *Tatruelis, *5Mercator aArnftelodamevJh.*

**JOHANNES COMMELYN** *Senator & Commijfarius ayfmftelodamenjis.*

**JOHANNES ROETERUS** *p.* ***m.*** *Secretarius zJmflelodamenfis.*

**JOHANNES SCHMIEDT** ***VSor tZMedic. Thyjicus (jedanenjif Trimarius.***

**ISAACUS VOSSIUS-,** ***miofopbns celeberrimus, qui Herbarium %aumlfii perlujlrandum> &- nonnulU quadam excerpenda concesjit.***

**MATTHAUS** ***SLKD\JS,T>oBor*Medic.Am~ ftelodamenjis.***

**PAULUS HERMANS,** ***DoBor, Societal Indica <s5Medicus in Ceylan Infula Ordinarius.***

**THEODORUS** ***GOUUSf.F. V.Lugd.tBa* tavorumEX'Conful,&-quondanfPr*ton nunc verb cjusdem Civit. nomine ad Collegium Archithalatficum, quod Amjlelodami eft, Delegates.***

WILHELMUS ten RHYNE ©o&r, ^*Magm* ***Imperatoris faponiaa^Medicus^ "Botanicus & Cbymicm.***

# HONOR1
### *N O 2 I L I S*

# F L () R I B . U S
Scribentis
## A U T O R *I* S-

MAximus in.minimis DEUS eft, Floresquc caduci

SUMMI teftantur de Eonitate DEI.

Hi feniùs recreant*i* aegris medicàmina praeftant,

Et quàmfint renjm cundlra caduca/ docent.

SALVATORMUNDI commendat lilia cam-

Qua^Saiomonaeisprastulitipfè opibus.(pi,

Haec benè perpendit fcribens de Floribus <*tAutor*$_y$

Optandum huic meritb ut floreat &: valcat_;.

A- D- LINDA-

# BENJAMINIS ENGELKEN, COS.

*Ad*

# TACOBUM BREYNIUM

## AMICUM, REI HERBARIA PERITISSIMUM.

*ELEqiA.*

**F** *%onte fer&iata Peregimas ftspipe* Plantas,
*Qua* tibi dat %Rjfpf3\(yLeBor amice*
*Qua* tibi dat %Rjfpf3\(y<sub></sub>LeBor amice<sub></sub>matm:*
*Indefeffa legens, per disjita %egna, hbore*
*'Herculeo var'w.* **India** *teftts erit;*
*funcia* Palaeftinae Syria, *&* Brasfilia, Creta,
*M.* Africa, *turn* Capitis Spes **Bona, Barbaria.**
*f IndigetUs feliciter infuper Herbas,*
*Quas tenet* Europa, *&•* Prusfia lscta *Jimu*
*Hoc Tracorie brevi* **Casfubia Noftra** *patebit<sub></sub>y*
*Quanta ibi Tlantarum copia ,fpreta dm..*
*Immodicos referam fumtus ? 3\(on.* i&ra *loqvuntur*
*Artificis, gnavo pollice fculpta, fatis.*
*Curru veUafagax volucrum zfMedea* **Draconum:**
*Hacne put as etiam turn penetrasfe loca* ?
*Pallor: zAtOsfafuascognofcitVzYiotiHerbas',*
*Carmine quas celebresj^rfo To'etajuo.*
*Vnica ret miranda, Senis renovaverit anno9*
**A:foiris,** *extemplo qut bene-dock* **Socrus** *I*
*Et vetus ut gravidus ftifesfit faBus* **Olivx **
*Terraque qmtulerit pabula lata fimuL*
*sAuguror<sub></sub>t&- nee vana fides,* **Vegetabile LullI**
**G** *fuit Herbarum maxima, nota* **Sophis.**
*Hanc, Fato monflrante viam, Tu montibus altit*
*Innafciinvenies, candida 'Phabc, tuts.*
*Adde peregrinisperegrinam protinus* **Herbam:**
*Torriget, ecce}.* **Herbam** *fda vel ifta* **Tibi!**

Gedani, *und.*

**Anno 1676.**

HO-

# HONORI&MERITIS,

## CELEBERRIMI ERUDITISSIMIq;

## BOTANOGRAPHI

# DN. JACOBI BREYNII'

***Cum***

VIRIDARIUM fuum EXOTICUM
cderet.

PLantarum ignotas fades-, viresq,- ftupendum
Naturae ludentis opus, qui cemere gcftis;
Siftc gradum: Et BREYNI primasvos fiiscipe
foetus.
Congeftas augufta dabunt Viridaria mesfes;
Et quondam immenfus iparfim quas protulitor-
bis,
Parturit unus ager. Fundunt fua thura Sabaei,
Extremi firms orbis, & ultima littora Gangis,
Has ergo telluris opes> dum ihente revolvis,
Quisquis es, ,3c variis diftin^ras floribus herbas,.
Autorem venerare Deum: nee dicere cefles
GRAMINIS HERBACAROESTJ FLOS
HORTI, GLORIA MUNDL

**ARNOLDUS SYEN>**
***s5\£edicin&&- ^Botanic*, in Ac ad.***
***Lugd. *Batav. Trofesfor.***

IAm tenuêre Alii natas propioribus Herbas
Quas Patrium largè gignit alitq; Solum,
Pervigili ſtudio, gnaviſque exponere curis
Contenti, laudum grande tulêre jubar.
Longius ingenio, BREYNI, exſpatiatus, & arte
Splendidius Docto Nomen in Orbe geris.
Extremas adiiſſe oras, ſpatiisq; remotis
Collectas nitidè propoſuiſſe plagis,
Stirpeſque omnigenas, locupletes quibus India fulget,
Quas generoſa ſinu divite China fovet,
Artifici populis ſpectandas ſiſtere dextrâ,
Hic labor, hoc ſtudium eſt, VIR venerande, Tuum.
Hoc ſtudio meritò Tibi non ſine gloria ceſſit,
Summi idea dudum Te coluere viri.
Hinc felix patria Theophraſtus diceris Urbi,
Inque Gedaneis Nobile nomen agris.
Auſonis Oraque deprædicet undique Cives
Indigenas? plaudat Gallia vaſta ſuis:
Nos quoque Gedanicis gratamur juſtius Arvis,
Qua tanto Herbarum Judice læta vigent.
Is ſimul & cunctis [illegible] ſuis, idonea [illegible]æ,
Exhibet cognita dexteritate Libris.
Omnipotens rerum cum quælibet Herbula [illegible]N,
[illegible] celebrat pagina cuncta MANUM.

Amiciſſimo ſuo BREYNIO
deproperabat
J. SCHMIEDT,
Phyſicus & Medicus Ged.

Ad

Ad

NOBILISSIMUM

D O M I N U M

# A U C T O R E M.

## BOTANICUM EXCEL-LENTISSIMUM,

FAUTOREM ac AMICUM

Colendisfimum.

Q*VxStagi'rites* nobis, qus civis *Erefti*,
Quarq; *t)iofcorides ₃z5\tfattbiolusq;* dediti
Q q j *f* , *rnæ*,
*'Alpbus* a *ctfjis* didlus, vel *monte Tabe*
*Qnx* dudum egregiis asfcruere'librisj
*(jesmri-, ClusI) SchenkJ $c* monumcnta *Lobell*,
Et cum **Baubinis* qua: *Dodonaus* habent i
Horum TE promutn, BREYNI, condumquc faluto:
Nam mcmori quasvis dogmata mentctcncs.
Non opus,in pi6Bs fcrutari Herbaria chartis:
TU loquere j En fiibito campus & hortus adeft/
Jam qua: nullusadhuccalamodepinxei\uAuct(
Floras opera, Eois usqj petitalocis,
Subjiciens oculis, Nomen tranfcribis Olympo,
Chironisq,* aftro proximus efTe meres.

fiqr.

GEORGIUS SEGERUS,
*Phil. & Med. D. Medicus Regius,*
*Phyficus (jedanenfis Ordinarius &*
*Medicinæ atp TbyJicetTro/.Tubi.*

In

I

# A U T b R I S
## CLARIS SI MI
## &
## INGENIOSISSIMI
# C E N T. U R I A M
## P L A N T. A R U M
## EXOTICARUM.

* * *

*Q Falls in atkreo Thaumantias emicat Orbc>*
*Stelktis ficut flammat mtilatque pyropis*
*Ccelum > tdefolum eft, quod tempore frotulit omni*
*Arte Viros doBâ celebres, Linguâque difertos,*
*0 nimium latare igitur mea Tatria dulcis,*
*Heroas qua tot numerate quos Tall as adorat,*
*Artibus ǎmnigenis Claros$_y$<z?Miracula cSMti,*
*Sidera quos posjis Tatria $_y$ $^c$Phcebosque vocare.*
*Hos inter Sophia (/ědanenfis maximus Atlas*
Keckermaruius *erat$_9$ (femo Scriptisque per Orbem*
*Cognitus; atefnum Jurat per Secula Zh(omen*
Mochingere,TWw$_5$ *quodSvada (JMinervaqueccelo*
*Inferit, &• Tatria veneratur grata Tericlem.*
*Hebraasfracas$_y$<£M'auras Arabumque loqucLu*
*Eoas adeò lingual benè calluit omnes*
Fabricius, *quempeftiferâ ntors, fatce peremit.*
*t5\faximus Vranies fultor^hemidisque Sacerdos*
Hevelius *^edaniDecus &• nova gloria vivit,*

*Flo-*

*Floreat&*vigeatferosmJ\(eftorisdnnos.*
*Quid jam nonpraflatmiri (Fegetabile^egnum*
*Si videos) nofier praclarus* Breynius>. *omni*
*Tempore quijunBusfuerat mihifidus Achates*
*Apuero, Jludiis herbisque intentus, utipfo*
*Vixaliquisparfitjednullus major in orbe.*
**De *Plantis (jraci fcrtyferunt atque Lati ?ii9*
*She Diofcorides ,feu ^linius atque (jalenus,*
*Sen quicunque alius ^PUntarum nomina dixit*
*Ha&emK, Herbamm bene compofuitque figuras,*
*Suni obfcura, gravi nodo plena atque Lahore:*
*Omnia, qua Libro pulchre fpeftanda dedijli*
*<PrafentimonJlras velutifub imagine parva;*
*a^fnted qua nunquam pervaflus viderat Orbis*
*Hie Herbas fpeBes, qua? dives America mittit,*
*Quas Afia^jEthiopumque ardens, quasi* atria profert,*
*Quas Czpitifundit* Bona*Spes, *hie cunBa videbis*
*THane exquifitis nitide depiBafiguris,*
*Qua certè magno funt exantlata labore*
*Tervigili noB'tjJludio, Jladioque diei.*
*Macte Labore Tuo; Divinâque Indole maaci*
*Pergere cepifti, Plantarurhfcribereformds9*
*Vt Fama &- Virtutis amorfuper atherafummum*
*Altius extollat Te3 quamvis deinde fequatur .*
*Livor edax9 fpargasque Tui monument a Labor is,*
**Per Tejam Flora mirdcula fumma patefcant,*
*Trodeat in Lucem Libery atmque exuat umbras,*
*Nec per Te lateat Tlantis Herbisque per agros*
*Pruj ncatis piBus: Je recreet hi fee*
*'PatriaTlantarum numero facunda; Ttitensque*

* Caput Bonae Spei *intelligitur.*

)(**** *Inge-*

*Ingenium dextramque Tuam venerabimur omni*
*•Tempore penfantes condigna Ldude labor em,*
*Tatria Uta Viro tali eft > Tatriaque moderms*
*Eft <i/jttor dignus, vivatjtorerisqucperenntf,*
*Etfua perpetuis infculpat nomina Cedris.*

*In*
Honorem AUTORIS
Amici fui Veteris Sc Intimi, Compa-
trisque dile&isfitrii hsecce
pofuit

**CAROLUS SVVEDCERUS,**

φιλοβότανος.

# JA^COBI BREYNII
## GEDANENSIS.
# PLANTARUM EXOTICARUM
# CENTURIA
## PRIMA

\# * *

## AMYGDALUS ÆTHIOPICA, FRUCTU HOLOSERICO.

### Cap. I.

[Xtremæ Africæ Promontorium, à Lufitanis, An. M.CCCCXCVIII. ... rdum magna cum moleftia & Tum-... ptibus, in Indiam Orientalem per Oceanum primam tentabant navigationem, a ſpe optima, quæ ex amoenisfimæ hujus plagæ ac refedionis loci invẽtione oriebatur, non fiuftra fe tantum laborem, tamque difficile iter fuscepisfe, Caput Boni ESpei didimi: non minus florum fvavisfimorũ ac herbarum faluberrimarum prædives hortus; quam leonum terribilium, aliarumq; beftiarum crudelium, infinita pene multitudine ibi degentium/ustentaculum: inter arbores ac plantas alias, Orbi noftro nondum cognitas, Amygdalum hanc venuftisfimam aiit, vulgari quidem minorem, e con-

trario autem concinnioribus ramis ac foliis, 8c fru&ibus pulchrioribus ornatamjquodexlcone raminoftri^&ramoipfbante decem circiter annos, ex Promontorio memorato, ad Illuftrisfimum ExcellentisfimumqueDominum HIERONYMUM à BEyERNINGK, Msecenatem noftrum munificentisfimum (qui eum5unàcum aliis compluribus novis plantis, nobis liberalisfimèdonomifit) transportato,praeclarè patet.

Is ex Virgâ rotunda5rec1:a,digiti minoris erasfitie, pedali, per' duorum aut trium digitorum intervalla,geniculis protuberantibus diftinclia, conftat: cujus Lignum fiibalbidum, haud durum ac ferè infipidum; Cortice crasfo,obfcurè cinereo, multis pun6hilis ferrugineis guttato, ac per Iongitudinem fubtiliter ftriato, nonnihilque lanuginofoobducium. Quodlibet geniculum,Fdlia feptena, coronas modo,fixmmo ordine, Plantarum ftellatarum more circumdant, viridia,furfum fpe&antia, Oleandri figurà, magnitudine, duritie atque crasfitie perfimillima 5 pediculis etiam fcmuncialibus & lorigioribus inhaerentia j fed venulisfibrisque crasfioribus&obliquioribus praedita, ac circum margines fcrrata. In fecundo & tertio verb geniculorum inferiorum, fuprafoliorum exortum, Stylifex videntur crasfi, lignei, ex fufco cinerei & incani, duas aut tres uncias longij qui circum virgain ftellarum formi inorbemaguntur. Himirumin modumPaiftibusmultis, petiolosbreves5 crasfos Sc lignofos habentibus, ornati, versùs pediculum anguftioribus, in medio crasfioribus, tumidis & ventriofis, anteriùs honnihilreflexis, aut in recurvum fimi-

iemquc



AMYGDALUS ÆTHIOPICA FRUCTU HOLOSERICO

Stech delin. Isaac Saal sculp.

A

lemque papillis apicem exeuntibus, ccrnunturj caeterùm fru&us illi cum Amygdalis Europaeis formâ fimtpari, quibus magnitudiniequidenon-nihil cedunt,fed venuftate maximè antecellunt, ob pulcherrimum, dcnfis villisiubtilisfimis feri-ceum,ex rubeocolore adCinnamomivergentem puIvinatumCallum: quoadeòlciteab artificio-sâ rerumMagiftrâNaturâ fiint veftiti ,ut ta6tu non fblùm tàrn lenes ac molles,fed aipedu etiam & iplendoretamasquales holpferico villofo,utnec praeftantisfimi Confedoris Holofericorum ma-nus elaborare illos elegaiitiores posfet. Sub pul-vinato hocmirabili callo Osficulumlatet^nonni-mis duroinftrudtumputamine, Nucleiim rriedio-crem continens, cujus faporemcoloremq́j, quip-pe fitu obdudi, obfervare accuratè non licuit. Refert autemnonnemo, quiin Promontorio Bo-*nx* Spei annum penè exegit, Nucleum, quâ colo-rem faporemq́;, cum vulgari convenire. ,Quam-vis ego de fapore dubitem, poftquam de amaro quodam Amygdalo iisdem in locis enato, non-nihil percepi.

# ARBOR RACEMOSA
## BRASILIANA, FOLIIS
### MALABATHRI.

Cap. 11.

BRafilia,OrbisNoviante CLXXXV. annos detecl:i, Provincia auftralis, non fblùm prp-pter mitemCoeli, fanitati humanse maximè

# FOLIA ARBORIS RACEMOSÆ BRASILIANÆ. FOLIIS MALABATHRI.



# ARBOR RACEMOSA BRA-SILIANA. FOLIIS MALA-BATHRI.



falutarem temperiem, atque alias humance indigently fubvenientes commbditates > *fed* etiam ob varios, quibus beata eft, fru&us praeftantiffinios, immb & propter falutiferas ac mirabiles plantas, quas tantà terra; gremium, tamque largà copii effundit,ut inde addubitent nonnpili,an ulla ctiam mundi babitati tegio bvxivc ^txferenda fit 5 terreftris quidam America Paradifus multis eft habitat.

Non parum ornamenti capit ab Arbore3non quidem valdè magna & exceisa,• *fed folioriim* gratià commendabili. *Qux*ArborisCanellaj mediocris fere" formajiisdemque concinni feriepoiltisRamis ftefFert, quorum minores denfb tomento obfiti> candidiaC lanuginofi & partim brevioribus, partim longioribus articulorum diftantiis intercepti< Ex quibus Folia bina,adverfa, contrarioq; ortu, (erie quadam cruciformidispofita, pediculis uncialibus inh^erentia, exeunt, Folio Malabathro Officinarum valdè aemula, nifi quòd latiora, &parte proni,ficut pediculi, lanuginofi & alba 5 fiipina verb atro virore fplendentiacernuntur: ficcataautemeo,qu6 yirebant, latere,fiunt nigerrima, inftar atramenti fcriptorii; inde mira admpdùm, nee alia apparent, quàm fi ex corioHiipanico confefta esfent. ' Per unius^ cujusqueFolii longitudinem grandes ac à tergo magis conipicu« transeunt coftas quinque; quarum maxima, medium folii transcurrens, recta j. rdiquaeautem omnes arcuummodoinflexaej inter quas venae minores^eclra^veluti parallels, per latitudinemnonnihilfiirfum tendentes, & ex his fibra: oblique irinumerabiles partim per latitudi-

 nem,

nem, maximè verb per longitudinem,pulcherrimo fpe&aculo discurfitantes, apparent. Ex ramulomm apicibus, Racemus fuam petit origi-.nem,pulcher,palmaris autdimidib major,ex pediculo, internodiis fèmuncialibus diftin&o, *&C* ramulis direftè fibi oppofitis, confeftus; cujus ramuli praefertim inferiores, in minores iterum divifi, qui,ut&reliqui,plurimis utrinq́j Granulis orbiculatis, à Lunarian racemofse non.abhorrentibus, aliquantulùm modb majoribus, nee viridibus, fed ex albo ad ferrugineum nonnihil tendentibus, onufti. Hie Racemus, quoniam planèlanuginofiis,aequè ac arboris ramufculijCum pronâ foliorum parte,ad taftum tàrn mollis eft, quàm optimus ex Britanniâ pannus. . An verb Flores & Fruftus ex Botrigranulis prodeant, aut an ita faltem permaneant, ac Semen pulyereum more Lurxarise proferant, enucleare haud potui, quotquot etiam illorum disfecui 5c exanimavi. Curiplbrum fit judicium, in quantum haec Arbor cum *kShfuha* Brafilianorum conveniat. Nam propter foliorum fimilitudinern pene adducor, ut eandem eflè credam, nifi botri parerent dubium. Quoniam in Iconibus ramus nofter debitam foliorum magnitudinem non exhibet,maximum illorum ad vivumcxprefliim ex abundanti hie adjeci. A, candidam, lanuginofam, pronamque partem: B, fupinam, viridem, lasvem indicat.

ARBOR

# ARBOR RACEMOSA BRASILIANA, FOLIIS APOCYNI.

## Cap. III.

NEquehaec Arborum Brafilianarumeft vilisfima, à Marcgravio quiderh in HiftoriaPlantarum Libro III. Capite XVIII. p. 13 +. absque nomine defcripta, &Icone minùs aptè delincata j qua? errore Typographico in Hiftoriam Naturalem India? Occidentalis praecellentisn*-mam, Domini Do&oris Pifonis Lib. IV. Cap. XXII. p. 158. pro Caflia *Tapyracoaynana* Brafilianorum, cum additis ejusdem filiquis, irrcpfit. Qui error, etiamalios errores progeneravit5 ut ex Jonftoni Dendrographia Tabula CII. 6c E-**rafmi Francifci** ***Ofounb<&cfU<§nttf<btt2itfoUnb*** *(St(U& <&Mten I* Tabùla XXV. numero 2. ubinimirum pro Caffiâ Brafilianâ reprsefentata, fatis fuperque elucet. Hinc ad obftruendam pluribus erroribus viam, hanc Arborem innominatam Marcgravii, nonnihilfiifiùsdefcribendam, depingendamque veriùs, fub nomine Arboris racemoiae Brafiliana5, foliis Apocyni, non incommodum judicavi.

Arbor namque eft Pruni altitudinem affequens, Ramis peramoenis umbram jucundā iparгentibus; fed quodammodo deorfiim inflexis. Quibus Folia geminainacutum termihantia, di* recl:è fibi invicem oppofita, brevibus pediculis appendentj magnitudine & figurâ Apocyni ft-

cundi

cundi jClufii, duriora & rigidiora, fuperiùs *lx*~ via & hilari virore micantia,inferiùs propter den-fbs 8c fiibtilisfimos pilos molliufculainftar ferici, atque ex cinereo argenteoq; colore Iplendentia; nervo conlpicuoper longitudinem & compluribus venis in latitudine pr^dita. Ramorum Faftigia, inter folia,Flores,in peculiari pediculo triuriciali, brevisfimis petiolis, more Berberis, numerofbs & denfbs dependentes, racematim fustinent,èquaternisvelquinisfoliolis flavis congeftos 5 multis in umbilici ambitu ftaminulis pallidis & fiibtilibus praeditos. Quos Baccae tandem excipiunt rotunda?, Ribefii magnitudine 5 led lutei coloris, quantùm ex-ficcis obfervare licuit. Matches eft alba & lenta, falicis ligno (Imilis: Cortex cinereus.

# FRUTEX INDICUS
## BACCIFER, VITIS ID^E^
### SECUNDA CLUSII FOLIIS.

### Cap. IV.

NAicitur in India Orientali, ubi ab Indigenis (utaudivi) *Caju manis* appellatur.

Frutex videtur arboreus, pluribus tenuibus ramis diffufiis. De quo à Patruele meo Johanne Breynio, Mercatore Amftelodamenfi5Ramos duos non inelegantes fefquipedales, foliis, floribus, frudibusque onuftos, confecutus fum. Quiligneі,teretes,tenues Sclxves, utrinque ramulisinacqualiortu^pluspalmaribus, inftar Fili-

cis

# ARBOR RACEMOSA BRASILIANA. FOLIIS APOCYNI.



FOL. IIII



FRUTEX INDICUS BACCIFER,
VITIS IDEÆ SECUNDÆ C.

c15

15

# FRUTEX ÆTHIOPICUS BACCIFER, FOLIIS MYRTILLI.



Myrſine africana Lin

cis plani alati. In quibus pariter, alternatim, tàrn planâ dispofitione., ab imo usque ad fummutnFo-liamulta, rotunda, Vitis Idaeae fecundae Clufii ae-mula,folidiora, pronâparte albida,fupinâ viridia, fe fiftunt. Ex foliorum fingulorum fede,vel Flo-iculus exiguus,mufcofus,Cafliae Monspelienfi-umnonabfimilis; vel Bacca jam eminet rotun-. da, nigricans, Piperis magnitudinc, pythmine parvo, fex Granulis triangularibus referta.?.

Quoriiam fuperius nominis Indici *Caju matiis* mentionem fecimus, illud breviter monendum duxi, quod *Cayu manis* tefte Daper in Afiagraphia 5 vel *Cats manis*, ut Garzias apud Clufium yult, linguâ Malajâ, dulce lignum fonet,& ab iisdem Malajis Cinnamomo nuperorum tribuatur. De quo conlulatur Garzias ab Horto Libro primo, Capi-teXV.

# FRUTEX iETHIOPICUS BACCIFER, FOLIIS MYRTILLI.

## Cap. V.

SOlitudinumincola non procùl à Promontorio Bonaj Spei, ubi duae fc fpecies produt: quae baccas nigras, ayibus maximè expetitas, gerere dicunturFrutices.

Prior, cujus iconem illuftramus, lignum habens durum & album, cortice è gryfco rufefcente obdu6him, in multos dispefcitur ramos, & hi 5 in plurimos densè conftipatos ramulos 5 quos

nullâ ferie digefta, fed confufâ Folia,bre vibus pediculisinfidentia, per ambitum leniter ferrata, viridia; fiipernè fplendentia, infernè nequaquã, Vitis Idaeae angulofae Johannis Bauhini, five Myrtilli Matthiolo foliis paria, nifi quòd crasfiora & folidiora, ambiunt.

Alteràprioreineo potisfimùm differt, quòd denfioribus ramis, ac minoribus, anguftioribus & oblongioribus foliolis praeditus eft.

# THYMELiEA^ETHIOPI-CA PASSERINE FOLIIS, ET ARBOR CAMPHORIFE-RA JAPONICA.

## Cap. VI.

ET hie Promontorii Bonae Spei Frutex: de I^quoRamus dodrantalis (cum Fruticum bacciferorum Athiopicorũ ramis) ILLUSTRISSIMO DOMINO a'BE VERNINGK ex Africâ allatus. Istenuis,inramulos duos alios diductus; quorum finguli rurfiis, in virgulas tres autquatuor rectas, dividuntur: Lignum hujus niveum,cortice obdu6tum rubicundo,qui in candidisfimam lanuginem fericeam, corticis inftar Sanamundx Clufii, discerpi poteft j aequè ac Folia vix femuncialia, arigufta, crasfiufcula atque acuminata,Paflerinas quodammodb asmula, guftu initib paulifper adftringente 5 fed aliquantũ manfa mucilaginem abunde reddentia. His Foliolis ttd extremitatem usque, densè & undique ftipatae

funt

flint virgulae, ubi tandem circinato congefb, acuminibus furfumtendentibus, illas concludunt,& ex centro fuo furculos duos aut tres perbreves5tenuesqucemittunt) quorum finguli pariter fiipe-riore partc, minutioribus quibusdam foliolis, coronati: è foliorum medio, Flofculi tres aut quatuor 3pallidi, in lacinias quatuor per extremum disfe&i,Thymelaeae fimiles emergunt, inimà parte,velut album 5tomentofum, calyculum oftendentes.

## ARBOR CAMPHORIFERA JAPONICA.

QUamvis hoc caput Thymelaeae Athiopicse fit dicatum;* attamen in eodem Arboris camphoriferaejaponicas (licet minimè hujus fit loci) inferemus mentionem 5 quoniam Arboris hujus ramo mihi tradito, cùm, bonâ primas Centuriaeparte typis jã exprefsâ, hoc caput recudendum eflet, commodior occafio non dabatur.

Arbor verb haec, exuberantecopiâ, in *Satfunia* Japoniae Provincia,Tiliarumnoftrarum inftar, fpeciosâ proceritate, adolefcit: materie firmâ, pōderosâ, ex rufo fubfufcâ, multis fufcis fegmentis,ligniinftar Juglandis fermè fcarificata 5 faporis amariufculi & aromatici, odoris vehementioris, nefcioquid ad Juniperi lignum vergentis; quae nonfolùmciftis aliisque machinis,fedexftruehdis etiam Palatiis, in illo Regno infervit. De hac **Arbore, Ramu** ***Excettentufimus T>omims DoBor Wilhelmm ten TZJyyne cZMagni Imperatoris faponia <zOA£edicus, BotanicH5&-Chymicus*** **Anno do. IDC. LXXIV.**

 ex

# RAMUS ARBORIS CAMPHORIFERiE JAPONIC A.



Tantùm *dc JEfckynomeneAntiquorum₉oc* noltra, nomine aliàsMimofae decantatisfimà,quodetiam illi usque eò indidi; donee liberalitate *Zh^ohilis-Jimi, Excellentisfimiq\ DominiSyen,I!los,cumio\io₉* Siliquà *&c* Seminibus ad manus pervenère meas, Plantae alterius Hedyfaro clypeatoHerbariorum valdè affinis,cumqueMimosà Acoftse(exceptò quòd non {pinofa)meliùs, quàm Afchynomenc convenientis. Hujus Siliquae, Hedyfari clypeati non valdè flint disfimiles, ex fufco autem fpadiceae, minùs afperae,majoribusque difl:incl:a5 geniculis,infingulis Semen Hedylari clypeati quadruplò majus, 8c flavum cum tempore fpadiceum₃ nulliscirculis (contra Afchynomenes Seminis tefferam naturalem) notatum, concludens. Quod quidem terrae mandavi, fed irrito conatu, ita iit nihil ampliùs de plantà hàc rarisfimà in medium proferre posfim; nifi fingulari favore, fchema cum fequenti defcriptione accuratisfimà, *Laudatisjimus DomtnusSyen* nobis transmififlet, cui hoc nomine, Botanico dediti ftudio, condignas debent gratias.

## MIMOSA NON SPINOSA MAJOR ZEYLANICA DOMINO HERMANS, *EXCELLEWTISSIMI DOMiy(7 SY£A(\,*

R*Adice* firmatur rotundà,&c fiibrùfa,quae pau-,, 16 infra terras fuperficiem, in tres qua-,, tuorve partes finditur, 5c rurfus poftquampro-,;



fundiùs

# MIMOSA NON SPINO-SA MAJOR ZEYLANICA DOMINO HERMANS, EXCEL-LENTISSIMI DOMINI SYEN.



fundius delituerit,in plures fubdividitur,pau-,,
latimqucin capillamentacoloris albicantis de-,,
fink. Huic innititur *caulls* rotundus, concavus, „
mollis & tener,coloris dilutè virèfcentis,cui al- „
terno ordihe adnafcuntur *Folia* longa,ex plurimis „
aliis minoribus lateralibus nervo medio inter-,,
currente, conflata, pari modo ut in aliis Mimo- „
fis liquet, nifi quod folium hocce anguftius „
ac nōn ramofum, &totaplantapraetereà dilu-,,
tiorem colorem obtineat, fenfuq; obtufiore fit „
prcdita. Juxta foliorum exortum *Flores* ena- „
fcunturpapileacei,nunc fingulares, nuncbim,3,
tertiive, pediculis brevioribus inhaerentes^figu- „
ra (quantum ex llccà planta colligere datumj ad3,
Geniftaj flores propemddùm accedentes, colo- „
risque lutei vel aurei, labello autem inferiors,
hirfuto. Hifce fuccedunt *Siliqua* anguftaj, com- „
presfa & articulate, trium unciarum ut pluri-,,
mum longitudine, quinq; vel fex Semina, fuis „
internodiis diftinda continentes, quorum nu-,3
merumexternefacile quis diftinguat,cùm non,,
folum foras promineant, fed &iis in locis ubi,,
confpiciuntur femina, filiqua planè fit afpera & „
fcabrofa, articulationibus praetereà, qua ea,,
diftingvunt, tarn teneris, ut, fi leviter tantum- „
modo traaentur,facili negotio à feinvicemfe-,,
parentur: filiqua; extremitati infuper appendi-,,
cula qusedam utplurimum adhseret capillacea. „
^w^ipfumLentisferme eft magnitudine,co-,,
loris ex grifeo, vel fubfufco flavefcentis, & „
exaclre renis figuram exhibens, pari modo, ut,,
in Spartiomonofpermo alteroBauh. Pin. vide- „
re licet. A. 1675. & *1676*. femelatqjiterumè,,

„ ſemine nobis in horto AcademicoLugdunoBa-
„ tavo, & Praedio noſtro ſiiburbano, fuit enata :
„ Verùm,cùm admodùm ſit tenera, & non foliim
„ intenſiim calorem ,• ſed & ſolum apprimè humi-
„ dum amet, nunquam ulterius quàm ad pedalem
„vel paulòmajoremexcrevit altitudinem: con-
„trectata autem folia tàrn ſegniter contrahebat,
„ ut vix illud animadverti poſſet_>.

*Semen* ipſum ex *Ceylon*, inſula tOtiusOrbis lau-
„datisſimà, adnos transmiſerat *Eruditlsſimm'&*
**„ *Diligenttiſimus 'Botanictts Dominus Taulus Herman r>***
**9y*Societatis Indiae ^Sdedlcm Ordinarius>* addità ſt-**
„ quenti inſcriptione; An *jEfchynomene Afollodorl* ?
**„ *Herba<i5\£imoſa Zeylamca major, Dyabibala* Cinga~**
„ lenſium, id eſt,Tamarindus aquatica 5 **Dya* enim
33 aquamdenotat,inquà naſci amat, & *HiembaU*
33 Tamarindum, cum quà folia fermè habet com-
33 rnunia-*.

Quibus hiſtoriamc5W/w^? *nonſpinoſe*9 ſeu *Se**
*curidaca clypeata* (quod nomen,Hedyſaro clypea-
to genuinum nomen nondum habenti, ad aliud
usq; tempus retinemus)/ore/«^o, *Lentis folia Zei-
lanic^y* Siliqua nonnihil,ſedfloribus,foliis 8c Se-
minibus longè ab ^Sfchynomene discrepantis,
ſimiliter concludimus.

Supereſt ut *Herbam Fivam*, & quidem hac vice
leviter, velutiextremodigitiapice tantùm attin-
gamus. Hanc juxta delineationemAcoſtae, Fo-
liis convenire cum Mimoſae non ſpinoſae Zeilani-
cæ apparet; ſi verb exanimenturFlores(de fru-
dibus enim & ſemine nihil liquet) tàrn à Mimo-
ſa, quàm Afchynomene longè eſt diverſa, ac
planta fortè Heteroclita habenda.

Et

**Ethoc, quantum*mihidc jEJibynomene, Mi->wfa> Herba Cajla, atj;Fi*ûa* conftat: qua dc matcria clariora forte *Vo&.cntztik Domino DoU ore Hermans,* nunc apud Indos degente, atq; commodiori, quàm nos, occafione Plantas perquirendi cxoticas utente, exfpe&anda-?.

*^ EXTLICATIO TAZVLJE, in quazSMimofa nonSpinofaZeylanica exprimitur.*

1. Mimofam non fpinofam Zeylanicam,
2. Siliquam Herbce Caftae Zeylanicse,
3. Semen Herbal Caftae Zeilanicae, indicat.

ET* *qvomam placuit in Tabula 2?, Siliqvas rart ores qvasdarn reprafentdre: brevher easdern etiamhtc defcribendas duximus..*

N*Vmero IF.* diligenter cxprimerc curavimus, *Siliqvam Fruticis, foliis Acacia, aStife-Jbpotarnici,* a Columna, in Rerum Medicarum Novas Hiipanise Annotationibus, defcripti. Quae a Jonanne Pona, in Defcriptione Montis Baldi, editionis Italics, pagina 36, 110- *triineCaroba 0 Siliqya, diGvineapurgativa,ptoponitm.* **Hanc Siliquam ab** *^Amplisfimo, ^obilis/tmo T>omino/Domino fheodoro Cjolio f. F. 2). Chitatis Lugdmii in *B&Uvi& Conjulari9&- qvondam Pratorc; nunc verbcjusdem nomine ad Collegium Archithalasfecum, qvod Amjlelodami efl, Delegate,* **nomine** *Siliqva ^Qbathaa ex Per/ia allate,* una cum ihgenti farragine ranorum,tàmadRegnum Vcgetabilium, ac Animalium, quàm Mineralium pertinentium Rerum Naturalium, accepimus.

REPRÆ-

REPRÆSE ÆTER-

*ea in eaaem 'Tahdla ZhQmero F.*

S*lltfuam fzArbom (jvatapana ex* ***Coracaoln/ula,*** cum **Ceratonia^ & Acaciae Parncfianx affinitatem**

1



quandam habentem. Haec Pifi fine cortice duriore inftar intorta, compreflà, ac unâ parte carinata, alterâ convexa eftj corticibus duobus conftans, quos inter fiibftantia quaedam filamentofà, & cinerea continetur: Cortex primus five exterior, membranaceus atq́j èfufco eft fpadiceus; alter five interior, vel qui mediam Siliquae longitudinem transit, eandemq́; ceu paries intergerinus induaspartes lèparat, albicans, validior, ar&eq́; adeb concretus, ut cavernulas quaedam exiguae, iis tantùm in locis (Ceratias ritu) obferventur, ubi *Semen* Ceratise quadantenus accedens, fedmultò minus continetur.

## *CASSIÆ ET HE^JE CZJSTJE, medius Indite Orientalts Frut ex,*

DElineatur *Utymero FI> Siliqva,* Frutici (ut audivimus) venuftisfimo, fioribus Casfise, neq́ j disparibus, fed minoribus foliis exornato, innafcens. Quae Anno M. DC. LXVI. ex *Ambon* Indiae Orientalis Infula, fagacisfimo ftirpium Inveftigatori Domino *Sevenhuyfen,* nomine *Campang cuning* allata, ejusdem liberalitate in Miifeo noftro asfervatur. Ea quâ expreflà eft magnitudine, fubftantiâ membranaccâ vel potiùs papyraceà, èfpadiceo vel ex purpureoobfoletofufci coloris, planavaldè ac comprefTa, ifthfnis quibusdam, multisq́j venulis.quafi articulis interceptaj ac intrinfècùs per membranulas in plurimis diftindlra concamerationibus, in fingulis *Semen* Siliginis magnitudine continens oblongum, compreffum, è fpadiceo fiifcum, fplendens, circulo in ungvem du6to, veluti Afchynome-

H nes

nes 5c Acacia notatum. Horum quoqj.nonnulla antè annos circiter tres^ ab *Excellentisfimo 'Domino (tArnoldo Sy&, DoBore &- Trofejfore ^VLjedicina ac 'Botanices Lugduni <Batavorum 9 longe Celeberrimo,* cujus ftudio indefeflb in re Botanicâ multum debetur, nomine *Acacia Jimilis ex Terfea^* impetravimus; quae autem olivacei erant coloris, nee fplendentia.

^*eprafentavimus tandem* J^(^wero^7/,Caulefn cum racemo *Filicis India, Ofmund* facie,* Bodaci â Stapel: quae aculeis omriinò deftituta, 8c cum Plantâ Filicis folio Theophrafti minimè corriparanda.?.

# CASSIA FISTULA
## BRASILIANA FLORE
## INCARNATO.

### Cap. XXL

Cùm tertio in Capite indicaverim, quaenam icon arboris, pro Caffias fiftulae Brafilianae, multos apud Auctores fit expreffa, meum eft,utde ipsâ Casfiâ nunc paucis etiam agam, S^ genuinamipfius effigiem, quippe â nemine illuftratam, luci exponam.

*Casfia* verb Eaec *TapyracoayMnaBttfilicnGbus,* infignis elegantiâ 8c magnitudine arbos5 caudice reclro, laevi; ex cinereo albicante, rarni^ longè lateque luxuriantibus 5 quos *Folia* amcenisfimaveftiunt cylindracea, multa unicoftae dodrantali, brevisfimispedunculis direftè fibi op* pofita, dilutè virefcentia*, lanuginofa, paula' timque



CASSIA FISTULA BRASILIANA FLORE INCARNATO.

Stech delin. Jsaac Saal sculp.

timqj ſemper ſurre&im ſtantia, quorum cujusvis longitudinem ſubrubicunda permeat coſta, *&c* latitudincm venulas complures, quae dire&è ſemper ſibi imminentes, paribus interſtitiis ita diſponuntur, uffubrotundis inflexisq́j extremitatibus, proximè folii marginem concinnâ ſerie & ordine concurrant. *Flores* ex alarum ſede originem ducentes, tenerisq́; ſuis Surculis penè ſesquipalmaribus, velut in ſpicam digeſti, uncialibus, lanuginoſis, teneris pedicellis appenſi, ex capitulis Capparum paribus prorumpunt, Casſias Alexandrinae longè minores, quinis etiam petalis, ſed incarnati coloris, compoſiti j horum umbilicum, ſtamina o6to occupant, apicibus magnis praedita, & ſursùm reflexa, quo* ruminferioratria, ſuperiobus duplb longiora: inter quae Stylus conſpicitur ſemilunaris, longus ac lanuginoſus a ſiicceffii temporis, in i$ſiſi-*foarn*. talem tamq́j grandem evadens, qualis 4 Lobelio & Excel! Domino Piſbne exprefTa, ac 4 Marcgravio in Hiſtoriâ Plantarum, libro tertio, capite XVIII, pagina '13 5. ita deſcripta. Poſt Flores ſeqvuntur Siliquae, immaturae qui-„ dem virides, maturae nigraeſeu ſuſcae deorsùm,, >ropendentes5 quselibet circiter duos pedes,, ! onga, quinqj digitos crafTa, paulatim incur-,, vata, ut enſis Polonicus. In uno ejus latere,, eminentia duplex eſt ſecundùm longitudinem, „ in altero ſimpla, quad chorda agglutinataes-,, ſet ſub cortice: Nee rotunda nee teres ex- „ a6tè eſt ſiliqua, ſed conciſa, nam transver-,, ſim inciſio ellypſim deſcribit. Cortex exte-,, riùs eſt inſtar cortſcis exterioris arboris, inte-,,

 rior

„ rior lignofiis & albus. Non poffunt hi cor-
,>tices fimul frangi, fed malleoconcutidebent:
„ Siliqua porrb intùs transverfim multas habet
„ diftindiones, quarum quadibet crasfitiem pen-
„nae anferinae capit. In qualibet autem cellu-
»là *nucleus* latet, magnitudine & figurà amy-
,»gdala5, coloris ex albo flavefcentis, ſplendens,
3> laevis, durus, per longitudinem lineà fiibru-
fà in uno latere divifus, nucleum continens
7> album, corneae fubftantiae. Quaelibet praeter-
,,eacellula continet fubftantiam glabram, glu-
„ tinofàm, brunnam feu fubnigram inftar CafGac
5,folutivae, fed amari ìaporis & ingrati. Ad-
,,ftringendi vim habet. Hucusq; Marcgravius
qualitatera minùs aptè exprimens , quem ad-
modum ex fequentibus Pilonis verbis videre
„ licet. Siliquae &c. ingrati & amari faporis,
3,quae primb ante maturitatem cum aftridione
,,conjun6h eft. Ubi verb gradum ulteriorem
,, maturitatis acquifiverit, lax at alvum. EtLo-
belius, Casfiae noftrae Brafilianae Siliquae delcri-
ptionem, in Pharmaceutices Officinà Rondele-
tii, paginà 41. primus exhibens, inquit:Hu-
jus pulpa* uncia una plùs purgat, quàm unciac
duae alterius Gaffiae Agyptiacse. Quod etiam
Cafparus Bauhinus in Pinace pagina 403. anno-
tavit. Ex quibus effulget, Casfiam hanc Arbo-
ribus purgantibus annumerandam effe, & mini-
mè non purgantibus, ut à Dodiflimo Laborio-
fisfimoq? Jonftono fadum, cui in Hifto'rià Na-
turalide Arboribus, Libro VII, capite 2, articu-
lo 2, paginà 384. Casfia fiftula non purgansBra-
filienfis dicitur.

Info-

Inſuper aliis judicandum relinquo, an Excellentisſimus D. Jonſtonus, rectè etiam Casſiam Braſilianam Lobelii à Marcgravii ſeparaverit, cumque Rechii contulerit, quoniam Rechii ea videtur, quæ à Domino Carolo de *Rochefort*, in Hiſtoriâ naturali Inſularum Americæ deſcripta, quam tamdiu eandem cum Ægyptiacâ exiſtimo, donec mihi, in quibus discrepet, ostendatur.

# FRUTEX PAVONINUS, SIVE CRISTA PAVONIS.

## Cap. XXII.

FLores adeò fert elegantes, ut fruticem in Leguminoſarum tribu, parem vix ullum, pulchriorem certè nullum aliquis reperiat, ſi *florum* penſiculatiis in tam concinnâ ſerie, in ſpicâ longè patulâ diſpoſitorum pyramidali, examinet ubertatem, eorumq; venuſtisſimum è Regio purpureo ad rubedinem vergentem, cum avidii ſplendore auri intermixtum colorem, quo à luxuriante Naturâ, cùm omnium eſſet gratioſisſima, colorati ſunt. Taceo *Stamina* eximia, è floris umbilico admodùm pompoſè, formâ ſuperbientis pavonis criſtæ erumpentia, quorum ſimilitudinis causâ nomen Criſtæ pavoninæ, floribus Fruticis hujus æſtimatisſimis, à Sinenſibus inditum.

*Frutex* itaq; hic pereximius, cortice lævi, præprimis in junioribus ramis purpuratus, in *Amboina* Inſulâ, aliisq; Indiæ locis, ad quinq; cubitorum altitu-

altitudinem asfurgit: *Frondibus* purpureis {pithamae longitudinis, fub origine, fpinam hami modo incurvamhabentibus, alterna vice, adversus flagratis folis radios ubertim inumbratus $ quse per certas diftantias, Sufftaginibus quinq;, feptem, paucioribus pluribusve, in quolibetlaterebiuncialibus,funt praeditae, purpurei itidem coloris^aculeolumq; etiam purpureumfiib fingularum exortum monftrantibus j in harum Suffraginum unaquaqj o6to, decem, duodecim ? vel quatuordecim*foliola* obfervantur, Coluteae Scorpioidis venofiora, pari femper numero, fibi mutub oppofita, ita ut nullum fufftaginis extremum claudat. Haec *Folia* nimirum, ficuti 8c *Frondes* ipfae, *Solem* adeb appetunt, ut matutino ftatim tempore, fimul ac aureos Q>argit radios, adillos in gremio luo excipiendos promptisfime fe expandant, donee, vefperafcente coelo, iterum claudantur ac versus humum vergant,absentiam Phoebi quafi moerentia, & debitam floribus admirabilis pulchritudinis, qui Fruticem hunc toto die fingulari amoenitate decorarunt, exhibentes reverentiam. *Floribus* namqj exornatur incomparabilis Ivavitatis, de quibus plures fubinde quam quinquaginta in ramorum fiimmitatibus fpicam Iongam fpe&abUemefformantes numerare licet. *Worum qvilibet* triunciali petiolo purpureo, inferiiis juxta fedem fpinula, & fiiperius geniculis faspisfimeduobus donatofuffulcitiir,acCafIi2ein modum Brafilianae, in globofb ante perfe&ionem celatur *Vtriculo,* quinis ex oblbleto purpurafcentibus compofito foliolis, quorum infimum carinatum extrema parte inflexum, velut cucullus,

fuper



GRISTA PAVONIS

ſuper reliqua minora,refupinatur5atq;/oraw in illis
reconditum tàrn diu occulitjdonec tandem eo de-
hiſcente, amoenisfimo fiio captivo, *Flore* ſcilicet
venuftisfimo, petalis quinqueèpurpureoruben-
tibus & ex aureo fulgore variegatis conftante ,
maximâ amicitiâ ita uniatur, ut fextum & qui-
dem infimum tantùm folium, feu carina, fit ha-
bendum. Singulorumin medio florum, *Stamina*
ftant decem purpurea longiffima, fiirsùm versùs
reflexa, flaventes in crocos definentia: inter quae
ftylus cuftoditur prolixus & craſſus, tandem in
*S'diqvam*a Pifbrumhaud multum recedentem ex-
creſcens, corticoſam, duram, ex purpureo caſta-
nei ſaturati coloris, intrinfccùs verb albam, ac
valvulis ſpongiofis & crasſis ex cinereo ferrugi-
neis, in novem vel decem ſeparatam cellulas 5
quarum unaquasque *Semen* Ceratias fimile conti-
net, olivacei coloris, cum tempore ex ſpadiceo
rufumftu fùſcum, circularibus lineis, inflar Fru-
<5tus peregrini tanquam torno elaborati argentei
(qui fruftus *Inimboi^M.zicr,* &SoW«c/>Indorum,
Ponae in editiō:Ital.)â Johanne Bauhino deſcripti,
denfisfimè cincl:ū,quod ex pedunculo in margine
filiquae ſupremo dependet. *Yi\i)\xsfemen* primùm
â Domino *Carolo Chyvri* p. m. deinde à *S\(obilu-
fimo Domino facobo (Jolio, ^obilisfimoq; Domino Ar~
noldo Syeiy &• SpeBatisfimo Domino Sevenhuifene* (qui
mihi humanisfimè per literas fignificavit, in
Infùlâ etiam *<&fmbon* Criftam pavoninam aureis
omninb floribus, coli;) 8c aliis, maximam par-
tem nomine *Jcacia Orbis cjfmericana aherius, om-
nium pulcherrimo flore,* na6tus fum, fed germinare
admodúmmorofùm. At inter Semina, quibus

ILLU-

ILLUSTRISSIMUS EXCELLENTISSIMUSQVE DOMINUS, DOMINUS HIERONYMUS à BEVERNINGK ex Aulâ Regis Hifpaniae, perfun&us feliciter Legatione Anno M. DC. LXXI. inBelgiam redux, gratiofisfimè me exhilaravit s quaedam etiamhujus *Crift* pavonts* occurrebant, quorum unum anno adhuc praeterlapfb, inaquâ nitratâ aliquot dies maceratum, non iblùm lsetisfimè progerminavit, fed in arbufculam etiampulchramj attamen propter coeli noftri inclementiam, antè hyemis acceffum, à frigídis autumnalibus pluviis ,cum ingenti meo exftindam dolore, exfurrexit.

# CHAMiECRISTA PAVGNINA BRASILIANA, SILIQVA SINGULAR!

## Cap. XXIII.

PRiusquàm Frutex pavoninus mihi innotuit, pulcherrimam ac prorsus novam *bane Tlanr* taw,ChamaecasGam nominavij aft poftquam nomen illud Sopherae Alpini, Ecapatli Recchi, Pajomirioba? Marcgravii Rhamno myrti folio Cornuti, eorundemq́j congeneribus, competere re&iùs, atq́j *ChamacriHam* noftram cum Crifta pavoninâ congruere meliùs *compen,Chamacriftoep4-vonina* tantîlper nomine infignire libuit,dum ab alio certiori donetur. Cujus duo mihi obferva-ta fimt genera, à nullo adhuc, quòd fciam, defcripta.

***Trhnum***

## CHAMJECRISTA PAVO-NIS BRASILIANA, SILI-QUA SINGULAR!.



*T^rimum*, eadem pene, qua Mimofa fpinofa fecunda facie procificit, quanquam minus, nee adeb ramofum, &c nullo aculeorum vallo munitum. *Caules* namqj exfua radice fundit, quadrangulares , rubentes, fpinarum penitus expertes 5 5c ad lingulas foliorum alas, modo in hanc,modb in alteram partem inflexos 5 ac geminatis latis in acutum definentibus, riervofis, circumqj pilofis auriculatos *apfendiculis* 5 inter quas, *Folia* alternatim exoriunturpalmaria,pennata,feuex innumeris pallide virefcentibus *foliolis*, Acacias haiid parum semulantibus, trinerviis, uni coftac adnatis fibi invicem oppofitis ,congefta; quse vefperiita fefe complicant, ut accurate demonftrat, quam fculpendam curavi, figura. E foliorum alis, fblitarius plerumqj tantum, tener &c oblongus exit pediculus, cui *Flos* infidet amoenus, Sopherac Alpini quadruplb minor fubrubicundique colons, petalis quinque acutioribus compofitusj cujus in meditullio *corniculum* falcatum, lanugine densa hirfutum,ftaminula inter multaludit; quod collapfb poftmodum flore ,hirfutiem fuam exuens, in *Siliqvarn* efformatur pulchram, anguftam, fextantalem brevioremve, Criftae pavonias, fed nigerrimam, quae plurimis intus membranulis, veluti parietibus intergerinis in diverfas concamerationes, fingulis *Jeminibus* fingulis repletis, dispefcitur. Concinna fane 8c plane nova eft Planta, Brafiliae campos ac colles floriferos diligens , **mihi *o^cExcelkntisJimi Domini %Adolfbii*** *FftU p. m.* communicata.

I . CHA-

# CHAMÆCRISTA PAVONIA AMERICANA, SILIQVA MULTIPLICI.

## Cap. XXIV.

Alterum genus, ſive Americanum Siliqua multiplici venuſtate ac concinnitate priori in multis cedens, caulem habet rotundum, ſtriatum, haud inflexum; ramos multos, pilis tenerrimis pubeſcentes, ferentem: horum alæ, prioris generis breviores, earumque foliola pauciora ac ampliora, Mimoſæ Spinoſæ ſecundæ foliorum lobulos ſuperantia, & aversâ parte ſubhirſuta: Flos dimidiò minor, quàm Braſilianæ, & copioſius in ſingulis alarum ſinibus, pediculo breviori fultus; quo evaneſcente, ſuccedit Siliqua nigricans, priori anguſtior, magisq; compreſſa, ac in plures itidem concamerationes diviſa, Semen continens quale eſt Braſilianæ, ſed minus. In Americana Inſula Curacao dicta, oritur.

# GENISTA-SPARTIUM COERULEUM, CAPITIS BONÆ SPEI.

## Cap. XXV.

Geniſta-ſpartium flore cœruleo Æthiopicum, Geniſtæ vulgaris fermè facie in Bonæ Spei Promontorio naſcens: Frutex denſis & crebris eſt ramis, angulosis, flexilibus, non omninò lanugine

# CHAMiECRISTA PAVONIS AMERICANA, SILIQUA MULTIPLICI.



# GENISTASPARTIUM
## COERULEUM CAPITIS
## BON A SPEI.



G

Psoralea aphylla Lin

nugine quadamdeftitutis,guftu aromatico; quos *Folia* veftiunt unguem humanum ferè longa, angufta, in fruticis inferiori parte, terna fimul uni petiolo inhaerentia, in fuperiore verb fblitaria, appendiculas juxta bafin anguftisfimas Trifoliorum ritu habentia. Ex ramorum Lateribus, nee non aliquando fiimmitatibus ,*/urculi* densâ lanugine adeò pubescentes, ut canefcant, copiofisilmè" pronafcuntur, fbliolis incanis ac carinatis, inftar Sabinae penè ramulorum fquamati. *Flores* in fummis ramulis velutifpicatos, vel acervatim, ex coeruleo purpurafcentes, &: figurâ quâ Erinaceae Clufii, gerit 5`ecalyculis ftriatis guttatisquè, in quinq; fegmenta definentibus, ac Hyperici foliorum inftar infinitispropemodum foraminu-,lis,perviis,emicantes. *HoGze.Silifv** excipiunt cxiguae, perbreves, Scorpii fecundi Clufii, fed glabrae, &c fpadicei coloris : in quibus è fufco Ipadiceum *Semen,* renis inftar fbrmatum, Spartii iecundi Hifpanici Clufio, perquàm fimile, fapore vifcido 5c leguminofb.

***(fenifta-Spartium hoc rartsjimum*** **primb apud IL-** LUSTRISSIMUM DOMINUM HIERONYMUM â BEVERNINGK Anno M. DC. LXIIir'^fet non ita multb poft à Domino Doctorc Huyberto , & tandem Anno M. DC. LXXI. à Domino Dodore Slado obtinui.

# GENISTELLA SPINOSA AFRICANA> LARICIS FOLIO.

## Cap. XXVI. .

G Eniftelk *ty/«o/^,*quamCaput Bonae Spei genuit, Geniftellae minori afpalathioidi, Johannis Bauhini, quadantenus fimilis: *Suf-yr«/rceftlignofus&* fpiiiis horridus. Quiinmultos dispescitur ramos jhorum minores incani,in quibus {pinse acuta? *£tenues {emunciam longae, alterno ordine, aequali quodam intervallo, circumpofitae cernuntur. Singularumfpinarumexortui, *Foliola* viridia & tenuia fubnafcuntur, numero decem 8c tredecim, plilra pauciorave femper conjun&im ex uno tuberculo>ut in Larice, aut Corrudà tertià Clufii, quibus fimiliora, prodeuntia. *Flores* verb fuper ipsà Ipinarii fede, plerumqj fblitarii, faspenumerò etiam bini oriuntur, neque quicquam à Geniftellae aculeatae recedunt. Hi in *SiliqvU* femuncialibus *&c* incanis, Spartii minimi montani triphylUColumns, non autem mucrone fursum reflexis, *Semina* tria vel quatuor flavescentiaGeniftellae, relinquunt-;.

# MYRTO-GENISTA CAPITIS BON^E SPEI

## Cap. XXVII.

M *Yrto-genifla* iisdem in locis nafcens, arborescens eft *Fmtex,* ramis multis, quorum juniores fragiles & Geniftae inftar angulofi j quos inconditâ ferie dispofita, nullis intervenientibus pedi-

# GENISTELLA SPINOSA AFRJCANA, LARICIS FOLIO.



# MYRTAGENISTA CA-PITIS BONÆ SPEI.



# PLANTA LEGUMINOSA ÆTHIOPICA, FOLIIS RUSCI.

*



pediculis ambiunt *Folia* carnofa, Myrti Laureae foliis fimilia, vel majora, quorum medium in longitudine nervo fulcatur, ex qvo venulae complures diffunduntur,quae omnes extremitatibus fuis non procul à folii margine, fingulariordine & ferie concurrunt. E ramorum apicibus, & ad fingulorum foliorum exortum, petioli exeunt bini, terni aut quaterni, ex quibus *Flores* aureo colore fulgentes propendent fblitarii,'Geniftae aut Cytifi florum efGgiem,repraefentantes 5quibus delabentibus, *Siliqva* prodeunt longae & compreflàc, Geniftse etiam refpondentes, quantùm ex nonnullis minùs maturis colligere licuit.

# PLANTA LEGUMINOSA JETHIOPICA, FOLIIS RUSCI.

## Cap. XXVIII.

VAldè rara*y* ac prorsus nova & haec > qua? an Frutex vel S'ufFrutex, me fiigit, cum *cR^tmm* tantùm dodrantalis magnitudinis, mihi vifus, ILLUSTRISSIMO DOMINO à BEVERNINGK SUMMO ILLI Botanica? fcientiai ORNAMENTO & PROMOTORI MAXIMO, cum plantis tribus praecedentibus, è Promontorio Bonae Spei Annos abhinc circitei: XI. transmiflùs.

*Ilk* porrb lignofus, triangularis (quod à fculptore non expresfiim) Sc fuperiùs in ramulos duos divifùsj circa quern fine certo ordine fpar-& funt frequentisfima *Folia*, pediculis penitùs

 caren-

carentia, dura, folida, Rufci aemula,majora autem, & fi accurate eadem obferves, in ambitu lenitcr ferrata, anteriùs in mucronem acutisfimum 5c pungentem exeuntia, in bafi finuofa, & planè ficut corculum, quod pingi fblet, formata,multis nervis fecundùm longitudinemexcurrentibus, pallidi coloris, transverfim venulas multas habentibus notata. *Florum* forma me latet. *FruBus* verb ramorum cacuminibus infidentes, Siliquae fimt teretes, uncialis longitudinis, rigidae, tumidiufculae, membranaceae & ex purpureo fpadiceae 5 quse è calyculis, ejusdem coloris 8c liibftantiae, in lacinias quinque definentibus, prominent, Seminibus inanes,nimirum priùs apertae, quàm à me confpeftae.

# COLUTEA iETHIOPICA> FLORE PURPUREO.

## Cap. XXIX.

FRutices duo diverfi apudHerbarios, pro Co/«^iinlucem editi: alter, Siliquis articulatis, *Colutea Scorpioides* nuncupatus: alter, Folliculos proferens membranaceos 3 fpiritu veluti qvodam distendente turgidos, *Colutea vejicaria* didus. *IUurn*, cumBotanico praecellentisfimo Domino Dodore Morifbn, *Securidaca: Hunc* verb *Colutea* annumerb; licet modb fit Frutex, nee Arbor procera, ut Theophraftus Libro III, Ca* pite XVII. Coluteam fuam defcripfit_;.

Non

# COLUTEA ÆTHIOPICA, FLORE PURPUREO.



Non autem mihi eft animus de *Coluteá vuU gari,* plurafacere verba: cùm hie in prasſentiâ benevolo Lectori, *novum prorſusgerm* ac valde rarum elegantisfimumq́j repraefentare confti-tuerim: qvod ex ſemine Africano, circa Pro-montorium Bonae Spei colle&um, ante complu-res annos Amftelodami, in Caroli *Chivry* p. m. Pharmacopolae & Botanici peritisfimi horto fe-liciter enatum, ac autumnalibus menfibus lae-tisfimè floruit. Ubi exRadice ſuâ?cW*rplures, ſesquipedales, lignofos, ftriatos, incanos, me-dullâ candidisfimâ fartos₉ proferebat, fapore dulci : in quibus hinc inde iparfa erant *Folia*, è compluribus incanis *folioſu* , Ciceris Sylveftris anguftioribus, uni coftas quatuor unciarum utrin-que inhaerentibus*y* unoque extremam alam oc-cupante, compofita: è fingulis fermè alarum ca-vis, *Surculus* prodibat, duorum aut trium digi-torum transverforum longitudinej/or/toColu-tese vulgaris longioribus, & florido colore ex ſvave rubente purpurafcentibus, â medio ad fummum cacumen₃ in fingularem hujus plantas gloriam decoratus. Quilibet verb illorum flo-rum ex incano^ftriato, in quinq> fcgmenta ex-panfo emergebat calyce: ex quo, cùm ſuum e-legantisfimum amiiit fbcium, florem nempe delapſum, *Folliculus* Coluteae vulgaris , admo-dùm fpeclrabilis , & ob floris pulchritudinem veluti faftu inflatus, tener, membranaceus, pellu-cidusq5,non fine magna pompa fuccreſcebat; in quo, *Semina* ficuti in vulgari continebanturcdm-preïTa, 8c forma renis, fiiturse folliculi fupremac pediculis brevibus appenfa, quae autem in meu

pluri-

plurimorumgue Botanicorum dolorem, ad juftam perfe&ionem non pervenerunt.

Coetcrum ex hujus plantae caulium melleo, inftar Glycyrrhizae, 8c tandem fubamaro fapore, etiam decimo quinto adhuc, poftquam colle<5ti erant anno perdurante, calidam qualitatem temperatam, humanas naturae finè dubio cum felici fucceflù convenientem, augurari* licet: Folia verb minori dulcedine & amarore majori praedita 5 calidioris & ficcioris fiint naturae.

## *COLVTEA HV^MILIS*

### *Syriacayflore violaceo.*

R *Arum* etiam *Colutea genus*, Syriae in locis editis propè Halepum occurrit 5 *%adice* fofcà, amplà, ad Raphani craffitiem, longitudinemq; accedente : quae Co/zc^/o/'fundit palmares, terram versùs reflexos, quorum fupremas parti, novem aut decem Lentis adhaerent *Folia* pennata: Inter quae *Flores* emergunt Coluteae Athiopicae, aft violacei coleris inqj orbem'dispofiti: quos *Folliculi* excipiunt Colutea:, fed paulò minores. Hanc in Herbario Rauwolfiano obfèrvavi> qui earn pro Aftragalo Diofcoridis (cui apprimè fimilis) in Itinerario paginà. 116. defcripfit.

## *ASTRAGAws vfF%iCANVS,*

### *flore luteo odorato.*

/^iim Aftragali hoc loco fada fit mentio, V^praetermittere non poffiim, quin novum quendam, in Barbarià juxta *Qigeri* fj>ontè nafcen-

fcentem breviter hie etiam tangam. Hunc primb *Jtybilisjimus Dominus Carolus Sypeikgrus, Scabinus Tatria &• Jmicmmem Jirtgularis,* Monspelio ficcum transportavit; de quo mihi hoc Anno M. DC. L X X V I. *Excellentisfimus Dominus fohannes Schmidt9 Thyfecus &- n5A£edicus bujus Vrb'u longè meritisfimus,* frudus & femina (cum plurimis aliis Monspesfulanis, Italicis & Africanis feminibus) liberaliter impertitus eft.

*Hac* verb *TIanta*, *Foliis* gaudet pennatis, Hedyfari clypeati pofltu, fed multb anguftioribu§3 minoribus, magisq́j pilofis, in quibus etiam conjugationes longè plures fupputantur. *Flores* in fpicam circiter dodrantalem Fert, Hedyfari clypeati pariter quà fbrmarn refponden-tes, flavos autem & odore cerebrum mirificè obledlantes. Quos *Sitiqu** excipiunt unciales, fiibalbidae, Colutese inftar tumentes, corticofie, durae, intrinfecùs cuticulâ duplici membranaceâ*y* in duas diftinclse cellulas; in quarum fingulis, *Scmina* tria vel plura# Coluteae majora^ex glauco fublutea, ac molli lanugine albâ pubefcentia, pedunculis fuis inferiori filiquae margini adherent-;.

Si verb hunc Aftragalum quis, ad *Onobrychidis Clujii* clasfem amandare mallet, non abhorrebo ab ejus opinionc, cùm haec Siliquas breviores, magis turgidiusculas, nee adeb falcis inftar incurvatas ficut Aftragalus, ferat.

## ASTRAGALO MONSPESSULA-
*no fohanni&TSauhim, vel Onobrychidiprima Clufii afftnis* Syriaca.*

ASTragalus Africanus, mihi *Tragmm alterum Diofcorideum %amolfii* in memoriam revocatjde quo hoc tantùm referre lubet, *Tlantarn* esſe leguminofam, *Foliis* Aftragali Monspesſulani majoribus , *Floribus* purpureis Onobrychidis primae Clufii j & quae toto ccelo differt à Stoschade Arabicà, cui velut affinis à Casparo & Johanne Bauhino (Venerandis Botanicomm Illis Principibus, qui veluti Gigantes, nos pumiliones, humeris ſuis geftant, quò nonnihil longiùs prolſpicere queamus) adjungitur.

## POTERIUM LATIFOLW^M
*Aſiaticum.*

QVia *Toterium,* Aftragali & Onobrychidis non adeb disſimiles ſruclrus fert, *AJiatici* hie *cujmdam,* a nemine adhuc deſcripti, ſed à Rauwolfio in Itinerario pag. 118. nomine Poterii Matthioli paucis tantùm delibati, mentionem faciemus.

*Suffrutex* hie lignoſus,ac ſesquipedaliseft^/V^ multis lanuginofis,extremùm versùs magiscrasftscentibus in modum Poterii; è quibus *Sfint* exeunt fesquipalmares longioresve, ad quas *foliola* multa ut plurimùm oppofita alligata,Tragacanthx cùm rigiditate tùrn lanugine fimilia, &d Senae formâ & magnitudine, in mucronem autern pungentem terminantia. *Flores* virgarutti inhaerent ſummitatibus, acervatim densè congefti, ex calyculis craffb tomento candido obdu-

dis,

# OROBUS AMERICANUS LUTEUS, SILIQUIS INCANIS.



ćtis, hiantes, quorum verb colorem obfervare haud licuit, cùm plantam tantùm ficcam viderim, &c quidem fine floribus apud Dominum *Sevenhuyfen*, cumque floribus in Horto R.auwolfii ficco, cui Poterium Matthioli, â quo tamen foliorum magnitudine , inque aculeum definentium, permultùm difFert, atque genus peculiare rarisfimum conftituit.

Frequens in Palaeftina, & prope *Sidon* reperitur,ac circa Haleppumj ubi aucl:ore Rauwolfio, ab Indigenis *sltilegafac* appellatur, & velut amuletum, contra fascina in aedificiis & in conclavibus fuspenditur.

# OROBUS AMERICANUS LUTEUS>,SILIQVIS INCANIS.

## Cap. XXX.

RAra ad nos, ex *Curacao* Infiila delata eft *Tlanta*, iisdem in locis, Viciae inftar nafcens, penitiis autem hirfiita ac incana, caules verb proferens reAos, pedales, cubitalesve : quos *Folia* veftiunt alata, dena & aliquando duodena, ex adverso ordine uni rachi bi$_r$ unciali inhaerentia; fingularia verb folia, â Polygaio Gesneri, in eô tantùm discedunt, quòd tarn inferiorc quàm (uperiore parte incana, densâque lanugine fint pilofa. *Flores* pufilli Medicae fimiles, ex calyculo villofo, in plumatas culpides inftar Lagopi exeunte$_y$provenientes,

 qua-

quadrantalibus, immb & longioribus infident pediculis, è foliorum alis exortis, ſpicam Ionggam efficientes., flavi : quos *Siliqv** excipiunt incanae, teretes, uncias ternas longze > & acinacis in morem contortae; in quibus multa *Semina*, oblongiuscula, parva, ceu fabeolae minutae formata, obfcurè cinerei coloris, nigricantibus maculis intertinda, & fiibdulci guftu, continentur. *'Radix* quà nititur, referente *Carolo Chivry* p. m. (a quo frudhis cum Seminibus nomine *Conami* accepimus) eandem fermè vim, quam Cocci Orientales *y* ad pifces attonitos reddendos, posfidere dicitur.

Hanc plantam, nomineOrobi,certà de causà hie propofiumus 5 tametfi minor ei cum Orobo, quàm Fabisconyenientia, *&c* meliùs forfan Aftragalo Boetico Clufii ( cujus tamefl fructus mihi haud vifi) accenferi posftt.

# FLOS CLITORIDIS>
## TERNATENSIBUS-

### Cap. XXXI.

LEpidisfitnum fui lpecl:aculum oculis offert, in tanta leguminofarum copia, *anadendras* etiam hece per fe infirma, fed tortilibus virescentibus ramis, proxima admihicula, quas arripere poteft, confeendens *Tlanta:* quam/7^ multa ex alterno fitu ambiunt, Glycyrrhiz^ fylveftris Herbariorum quodammodb aemulantia, minora verb, pulchriùsque viridia, & bina tan-



FLOS CLITORIUS

tantùm, vel terna, ac totidem ex ad verso uni coftae inhaerentia, uno impari extremam alam occupante. E quorum appendicibus, pedicellus tener 6c parvus, circa medietatem,ubi nonnihil reflexus, foliolis duobus tenuisfimis cin-c~his, exfurgit, *Florem* fustinens admodùm magnum, hiantem ac fpeciofum, quafi papiliaceum, cujus tamen inferius labellum, fuperiori folio videtur adnatum. Hie *Flos* ex magno calyce liibviridi, membranaceo, in quinque lacinias definente, Sc fbliola duo rotunda ac membranacea circa bafin habente, prorumpens 5 tarn fature profundo coeruleo eft colore, ut etiam multos ficcus poft annos, aquam, in quâ maceratur, brevi temporisfpatio, colore adeò fermè coeruleo tingat, velut <**Anil*9 quod ex Indiis in Europam transfertur. Floribus labentibus, fuccedunt (ut fertur) *Siliqua* longae 8c tenues, *Serninibus* fbrmam Phâfeolorum parvorum exprimentibus, refertae: quorum nonnulla Anno M. DC. LXVII. â Domino *Sevenhuyfen*, cum variis rarisfimis Indiae Orientalis frucl:ibus atque feminibus fbrtitus fum, hâc additâ relatione, Flores Ternatenfibus coAos cibo efle, atque ^*Bokyni Cotele' de* c*PrincipiJfe Clitoris* vocari.

# PLANTA LEGUMINOSA BRASILIANA, PHASEOLI FACIE, FLORE PURPUREO MAXIMO.

## Cap. XXXII.

HAud minoris elegantise & raritatis eximium hoc *Tbafeoli* forte *genus,* qvod farmentorum longisiimoram beneficio arborcs 8c fiutices proximas,fefe iis circumvolvens, afccndit. *Hujus* rami juniores, per intervalla unciarum duarum, triumve, *Folm* tribus oblongis ex uno .pediculo, uncialibus vel fefcuncialibus ad fiimmum, Terebinthi foliorum inftar duriufcuIis, &c admodum venofis, ornantur: ex foliorum appendicum finu, petioli exeunt fingulares, *Florem* gjferentes unicum valde fpeciofiim, Lathyri Narbonenfis facie, fed vel quadruplb majorem, gratioreque purpura coloratum, cujus bafin calyculus, foliolis duobusmembranaceis, rigidiusculis, conftrudus ambit j &c huic alius adhuc calyculus fubeft, qui medio petioli appofitus, & qua formam, priori fimilis. Oritur in faltibus & dumetis Brafiliae.

FOK



PLANTA LEGUMINOSA BRASILIANA PHASEOLI FACIE, FLORE PURPUREO MAXIMO.

JS

# FOENUM GRiECUM SYLVESTRE POLYCRATION MAJUS CRETICUM.

## Cap. XXXIII.

**H***Edyfarum minimum* **, in Hiffcoria Univerfali Lugduni excusa defcriptum, &** ***Fcenum-*** *groecum fyheftre alterum T>odon&i* j å. Johanne **& Cafparo Bauhino, Au6toribus (Iimmè admirandis, una eademq; plant å habentur: Si autem figuram utriusq? accurate confideres, difFerentiam illarumnonexiguam perfpicuè obfefvabis.** Qvippe *Fcenumgracum jyfoeftre alterum* ***'Dodomei,*** **Siliqvas longiores ere£tas, folia minùs obtufa & magis (errata** *s* **profert:** ***Hedyfari minimi Lugd.*** **Siliqvas contra longe minores , falcata? 8c humum versùs dependentes -, folia obtufiora minusq; crenata ob(èrvantur. Qvas ob** caufas, *Hedyfarum minus Lugd.* a *Fosnogneco JyU* ***veftri akero T>odonai*** **diftingvendum; atqj illud**5 *Fcenumgracum Jylve&re polycration minus aSfafonspelienfe*; hoc *Htfpanicum Jiliquis ereBis nuncupandum.*

**Duobus hi(ce,** ***tertium*** **in Greta (pontè proveniens adjungo. Hujus femen ab** ***Excellent*** *tisfimo 'Domino <s^frnoldo Syar,* Viro in per(crutandis **Naturae latebris maximè induftrio, annos ante (ex (eptemve, nomine Vorftiano,** ***Trifo-Hi falcati Cretici,*** **mihi transmisfiim. Ex quo** ***T^lanta*** **cnata , ab** ***^adice*** **alba, longa, in fibras multas divaricata,** ***Caulem*** **fesquipedalis aliquan-**

do

do longitudinis errittens, qui ftatim propè radicem,in plures ramos vircscentes ac terraspkrumque incumbcntcs dividiturj à quibus alii minores exeunt ramuli, qui ut caeteri, *Foliis* veftiuntur numerofis, Foenugraeci Sylveftris polycratii Monspeliaci paribus , rlifi aliquantb majora, cordata, venis eminentioribus praedita, ac per extremum minùs crenata eflfent. Ex foliorum alis, *Flofculi* luteoli, plerumque terni vel bini tantùm , Monspeliaci multb majores, loneioribusq́j pedicellis innixi emergunt: hi in *Siliayas* dependentes, falcatas & admodùm venofas, triplb Monspeliaci majores, *Semina* lutea itidemgrandiora, Galegaenonmale convenientia, continentes, abeunt.

**In icone , Ramufculus** ***Fwnugraci Jy̆foeftris polycratii minoris z5\£onspeliaci*** **> ad differentiam** Cretici majoris, exprimitur. Qvà occafione commemorare non negligendum duxi, *Co* ronopum* **ex libro** ***fohannis %odai 'a Stap el (qvctn*** in Theophrafti Erefii Hiftorix Plantarum Commentario, Libro VII, pagina 831- 4?" fcripfit) nihil aliud eflfe, nifiplantulam, *foliis* orbatamSc floribus, filiqvulis autem maturis onuftam, faepiiis jam memorati Foenugraeci minoris Monspeliaci : quemadmodum illud in Herbario Bodaci vivo (quod .>\(\ *Dominus Carols Svpeikgms*, a Clarisfimo Johanne Antonide van der Linden p. m. fuis nummis comparavit) cla* ·rè obftrvavi.



Foenum Græcum Silvestre polyceration majus
Creticum
33
minus Monspeliacum
33


Trigone

I

# TRIFOLIUM COCHLEA-TUM SPINOSUM SYRIA-CUM^LACINIATIS FO-LIIS.



# TRIFOLIUM COCHLE-ATUM SPINOSUM SYRIA-CUM, FOLIIS LACINIATIS.

## Cap. XXXIV.

DE *Trifolii cochkati* **rarà quàdam** *fpecie,* **circa** Haleppum Syria inter fegetes, cum Lunarià radiatà Italorum Lobelii, 6c Trifolio glomerulis tomentofis per caulium longitudinem Johannis Bauhini, copiosè nafcente, hoc capite agere operas pretium duxijquas etiam non prociil Monspelio Anno M. DC. LXVI. à ***Domino Carolo Scfoeifyro*** **reperta, mihique cum** aliis Monspesfulanis compluribus plantis ficcis & fcminibus allata-*.

*%adix* humum non admodùm profundè ni-;xa petit, alba 6c fibrata: a qua *Cauliculi*, lignofi, rotundi, virides, pedales vel etiam cubitales, in terram reclinati, plurimis praediti ramis, prodeuntj in quibus hine inde fparfa funt *Folia* angufta, terna Temper uni petiolo longo inhxrentia, dilutè viridia, Medicae ftutefcentis, fed profiindiùs ferrata, velpotiùs laciniata. *Floret*, ex folioriim alis, in oblongo pediculo, frequenter bini tantùm fimul enafcuntur, flavi coloris, à Trifoliorum cochleatorum floribus nihil diiferentes: quibus *FruBus* cochleae modo circumvoluti, longis 8c rigidiufculis Ipinulis exafperati, *Trifolii cochkati fru-%.ffinofo majore*, fed dimidib minores fucce-

L dunt;

dunt; *Semina* flava, compreffa, renis inftar formata contiiientes.

**Et quanquam haec *Trifolii cocbleatifpecies,* no-**vis & incognitis annumeranda plantis; attamen in Rauwolfii Hodaeporico, parte primà, Capite IX, paginà 118. fub nomine €(tl Medica mtf **flefpaltmett *RUt'U&tkinl* qvamvis fine defcripti-**one & absqj icone, jam indigitatam comperio. Qvam in Herbario etiam vivo di6ti Rauwolfii, **apud *Ifaacum Vosfium* ^c *Philofophum ClarisfimumC* qvi** nifi me fallit memoria, à SERENISSIMA REGINA CHRISTINA SVECORUM dono illud acceperat) Anno M. DC. LXIIL adeb pulchrè & curiosè ficcatam, ac fi eodem colleda fuisfet anno, confpexi.

# TRIFOLIO AFFINIS
## INDI^ ORIENTALIS
### XANTHII FACIE.

Cap. XXXV.

ANno à Chrifti Nativitate M. DC. LXXIL *fohanni* 93raiW Patrueli meo, ex India* *l(am* aliquot cujusdam (ut credo) Fruticis, qui Indis *T>aon Lacat Lacat* appellari perhibetur, misfi. Quorum *unum,* cum ramulo &o laterali, aeri incifum Centuriae huic inferere placuit. // pedalis ferè eft longitudinis, Hgno-!Us, fed valdè tenuis; cortice incano, fubviridi, 8c quibusdam in locis obfbletè purpurei *colons* , te&us. Huic, alternà fcrie, adnata funt

***Folia****



TRIFOLIO AFFIXIS INDIÆ ORIENTALIS XANTHII FACIE

*Foha* novcm > pediculis longis appenfa, tenera, lata, angulofa,leniter crenata & praefertim fiibtùs incana, Xanthii quodammodò aemula, vel mediam quandam figuram inter pampinea & Rofae Sinenfis folia obtinentia; in quorum fingulis , ab ipfo ftatim pediculo, coftae fubvirides pallidasq́j feptem expanduntur, & ex illis cunAis alii quidam nervi,venas plurimas, cum tenerrimis fibris, in foliorum carne latentibus, fundentes. Caeterum, è fingulis penè foliorum alis, *FmBus* emicat, e petiolo parvo prodiens, qui bafin plurimorum foliorum ftellatam habet: hie *fru&us* conftat quinq́j conceptaculis lapaceis , cinerei coloris, Trifcjii fiibterranei, tricocci, Regii, **5\£or'ifoni,* {eminum involucris fermè semulis, nifi quòd duplb majora, dura ac pilis rigidis quafi aculeata; horum quodlibet perfe6him à fummo finditur, 8c *Semen* unicum Anonis montanas praecocis purpureac frutescentis, <£*dorifoni*, magnitudine, forma, colore, & brevi incanâq́j lanugiije, perfimile continet.

# SISYRINCHIUM EX PHOENICEO SVAVERUBENTE FLORE ATHIOPICUM.

Cap. XXXVI.

L**Eguminofas meritb *Siliqvofay Silicukfa&ca-*** *pjuiares* fubfeqvi deberent, cum autem ordine, in hâcCenturiâ,nullo accurato, ob de-

 fecl:um

fe&um frii&uum feminumq; Plantarum plurimarum, uti potuerim: **Sc'Bulfosas qvasdam exoti*** c^,qvarumtfu£tus8cfemina me adhuc fiigiunt, in promptu habeam j in medio easdem collocare placuit: prseprimis cùm inter 2?«/&0JVZ#, qusedam *Säiquofe,* multaeq; *Capsulares* habeantur. Agmen **ergò inter has ducet *Sijyrincbiurn hoc egregium:*** Qvodaltitudineplùs quàm pedali aslurgit, [c]*Bulbum* posfiden?. rotundum, Crpci, aut Sifynrichii IndiciCornuti^cortice ex fufco cinereo & filamentofoobdudtum: è qvo &*K&viridis,utexiftimo carnofus, exfiirgit, Fo//^partim longisfimis, partim brevioribus, anguftis, nervofis, vegetisfimâ viriditate coloratis, in modum fere Sifyrinchiorum Clufii amicl:us; cujus fuperior pars, Papaveris erratici inftar hiriuta > *Florem* fua venuftate afpe6tumdele6tantemfuffulcit, Croci, aut Syfirinchii Alprenfii Columns grandiorerh> foliis fex tenerrimis, è carneo&phoeniceo nee non dilutè rofàrum purpurâ. blandè rubentibus, adungvem croceis,congeftum; cujus in medio jftylus qvadrangularis, crafliis, phoenicei coloris occultatur. Atq́j haec, qvantum ex icone ab ILLUSTRISSIMO DOMINO â BEVERNINGK transmiftâ fixmmoq́j ftudio fiiis coloribus, ad plantam in Horto ejus floribus decoratam, adumbratâ, obfcrvare potui.* Nee enim pulcherrimum hunc Athiopkarum, non procul â Promontorio Bonas Spei remotarum folitudinum incolam luftrare fortuna dedit-;.

**<t*Aliud* adhuc *Sifyrinchium* eodem in Horto** (quod anlufus tantùmnaturae, an verb peculiaris fuerit fpecies, me latet) effloruitj priori

pel-


YRINCHIV
PHOENI-
O SVAVE
UBENTE
LORE STRI
PICUM

perfimile, nifi quòd *Florem* rubedine triftiori & obfbletiori infe&um, & languido collo deorfùm dependentem, velut Polygonati ramofi florc luteo Cornuti, pari quoque formà & convolutis foliis, proferebat.

Placuit aliquando EXIMIO MACENATI meo, in nunquam fatis mihi asftimandis Literis fiiis nunciare, monftrare *fe* in inftru&isfimo Horto ilio, *Sifyrinchii qvoddam genus Caphis 'Bona Spei, fioribus fuperbiens candtdts/imis* 9 idque depidhim mihi transmittere animus *Ei* fuerat3fed quoniam flos, pro more Sifyrinchiorum Clufii admodùm fugax, & vix ipedatus , voluntarium ftatim properaverat ad fepuichrum*t* intentionem ejus fummo meo dolore fufflaminavit.

# SISYRINCHIUM RAMOSUM ^ETHIOPICUM, FOLIIS PLICATIS NERVOSIS ET INCANIS, RADICE TUBEROSA PHOENICEO.

## Cap. XXXVIL

ANnoM.DC.LXVIILBENIGNISSIMO i \ l L L I Botano-fophorum PHOEBO , ILUSTRISSIMO DOMINO à BEVERNINGK , integram ciftam *"Bulbis Tuberibmqve variis,* in Promontorio Bonae Spei jusfu fuo colle<ftis,refertam, ex fingulari benevolentià, donare mihi allibuit: in quà non tantùm *Radices* illanim Plantarum, quas in fequentibus quatuor

capitibus defcripfi, unà cum Ornithogali Indici Swertii, Narcisfi Indici punicei gemino latiore folio, Narcisfi Indici liliacei, Narcisfi Indici flore liliaceo fphoerici, à Ferrario jam Pofteritati in fempiternam nominis fui memoriam propofiti > fed aliarum adhuc.plurimarum rararum prorsùs ac novarum occurrebant. Praeprimis autem *Tubera* quatuor, ob colorem fuum fangvineum, in teneris etiam jam prognatis germinibus Coralli aemulantem, mihi arridebant.

*Horum quodhbety* Iridum quadantenus fimile,. vix fefcunciam in lohgitudine, ac poUicem transverfiim in latitudine contingens, formâ non adeò inconvenienter Cygni corpus repraefentabat 5 fubftanti^ carnosâ, ex phoeniceo croceâ, lentam mucilaginem continente, *&c* cuticulâ firmiter inhaerente, tenui, fangvineâque conte&â, cui infiiper cortex, colore & fubftantiâ Colchici fimilis obduftus foerat, jam refblutus, quò fangvineus perpulcher radicis color, finè impedimento meliùs oculis luftrtri posfct. Eâ enim *%adix* h#c eft naturâ, ut illo, quo planta optimè augetur tempore, imminuta, venuftisfimum coloris fplendorem deperdat, formamque fiiam in pedis figuram convertat, fub quâ emisfâs inter fibras nova propago (ut feorfim pi<3:a edocet radix) tandem procrefcit.

*Tubera* haec, cum menfe Julio terrae cornmifis* fem,unumquodque paucos poft *fats, Folia* ofto aut decem prdducebat, pollicaria, palmaria, vel etiam pedalia^Iridisfacie, & quae eò etiam modo in latum expanfa, mutuoque fe atnplexando nafcebantur, obfcuriùs autem viridia, incana, hirfuta,


SISYRINCHIUM RAMOSUM ÆTHIOPICUM,
FOLIIS [illegible] NERVOSIS ET INCANIS,
RADICE TUBEROSA PHOENICEA
15

hirfiita, nervofà, plicata, 8c ab imo ad medium usque carinà. amplà praedita: è quorum mediq, non meo quidem in horto, fed in Flora; amoenisfimo nobilique Pandocheo, apud ILLUSTRISSIMUM DOMINUM, DOMINUM à BEVERNINGK, *Caulis* pedalis, rotundus, viridis 5c hirfutus effundebatur, parte inferiori rubicundus; imà medietate geniculatus, fingula genicula folio anguftiore brevioreque cin6ta, fiipra verb pluribus ramis( quorum quemvis circa bafin, longum anguftumque comitabatur fbliolum) brachiatus : quos Syfirynchii Theophrafti Columnfle pares, fed grandiores duplb ornabant *Flofculi*$_y$ fex foliolis purpureis, aliquà flavedine ex phoeniceo colore intermixtis, forisque leniter hirfutis, conftrucl:i. His marcescentibus, *FruBus* enafcebantur quidem trigoni,nec.tamen utSyfirynchiiColumna; oblongi, fed Hyacinthorum in modum iubrotundi, qui perfecl:ionem debitam non affecuti, virides erant & pilis brevibus, velut caulis foliaque hiriuti, intrinfecùs verb glabri, in tres %>arati partes, fingulas *Semina* fingula tantùm [c]omplecl:entes j quantùm ex fhi&u ficco enucleare licuit.

GLADIO-

# GLADIOLUS AFRICANUS, RADICE TUBEROSE CEPA FOLIIS.

## Cap. XXXIIX.

GLadiolorum in Promontorio Bonse Spei vigentium> genera mihi tria innotuère.

***Trimum, gladiolus Mthiopcusfiore coccineo,* à Cornuto** vocatum: quod Anno à Chrifti Redemtoris noftri Nativitate fexagefimo tertio fiipra millefimum & iexcentefimum, copiofisfime, caulibus etiam ramofis, Menfe Odobri & Novembri,in horto publico Amftelodamenfi, nec **non *Domini fohanrm Commelyn* rarisfimis plantis** inftrudisfimo, florens vidi.

*Secundum: 'Bulk* cinereo 8c longe minore nititur: *Foliis* atque caule multo brevioribus: *Floribm* amplioribus brevioribusque, colorc eleganter violaceo. Cujus effigies cum &&ⁿ-ptione in Centurià fecundà, nomine *Gladioli JEthiopiciminoris9 flore violaceo,* **fequetur.**

*Tertium* de quo hie agemus, novum plane ac peculiare genus eft, à Gladiolis omnibus, maximè diverfum. Tuberosà namque conftat *%dice>* crafsa, pene pugillari3fufcà foris ex cinereo cum aliquà flavedine fbrdefcente? intus carnem folidam cerini coloris habente, in &*periore parte colliculi inftar fiibrotundè elevate , ac fibris multis ex imà circulari fermè pla'nàque bafidiffufis: de quà *binx* radices plerumque ita conjundae5 ut facili tamen negotio le* parari


38
GLADIOLUS
AFRICANUS
TUBERC
CEPÆ.

